

1.

Fantino Vallaresso a Eugenio IV papa

[1439-1443]

Fantino Vallaresso si rivolge a papa Eugenio IV, da cui è stato inviato a Creta come arcivescovo e legato per contribuire all'unione della Chiesa; aveva a tal fine cominciato a seminare, quando alcuni hanno cospirato zizzania, ribellandosi al suo mandato; e poiché ciò era causato da ignoranza, dietro invito del padovano Paolo Dotti e del veneziano Marino Falier (veneziano omonimo del doge, nato in Creta alla fine del s. XIV) ha composto il libello che ora presenta al pontefice [1]; vi ha raccolto le definizioni dei più antichi Concili, ha attinto alla cronaca di Liberato di Cartagine; ha utilizzato soprattutto le definizioni del più recente Concilio di Firenze, per comprovare la giustizia e convincere anche quanti sono ostili [2]; sottopone l'opera al pontefice, il quale è l'unico che possa fornirle autorevolezza [3] (cfr. Prephatio sive epistola ad beatissimum Eugenium in VALLARESSO 1944, 3-5, sul fondamento del ms. Vat. lat. 4163).

/621/ Incipit praefatio sive epistola ad beatissimum Eugenium papam IIII
super materia unius operis.

Beatissimo patri et domino sancto domino Eugenio, divina providentia sanctae universalis ecclesiae papae quarto, Fantinus Vallaresso, Cretensis archiepiscopus, licet indignus de eiusdem sanctitatis mandato legatus missus ad hanc insulam Cretae, cum omni humilitate atque devotione ad pedum oscula beatorum.

[1] Quoniam quidem, beatissime pater, omnia ad sanctitatem tuam referenda sunt quae circa fidei difficultatem et Christianorum salutem versantur, ut, si Deo inspirante digna fuerint, tua sancta auctoritate probentur, sine qua nihil huiusmodi potest esse validum, nihil dignum, cum tibi in beato Petro data sit plena potestas ligandi cuncta atque solvendi – nam fides tua fundata est supra firmam petram, quae nec errare nec unquam deficere potest, dicente Christo beato Petro, cuius tu, pater beatissime, verus successor existis: «Petre, ego rogavi pro te ut /622/ non deficiat fides tua» –;¹ ex ea re, cum de tuae sanctitatis mandato ad hanc Cretensem insulam eiusque provinciam etiam

¹ Petre, ego rogavi pro te ut non deficiat fides tua] cfr. *Evang. sec. Lucam* (ab Hieronymo iuxta Graecum emend.), XXII 31: «ait autem Dominus: “Simon Simon ecce Satanas expetivit vos ut cribraret sicut triticum ego autem rogavi pro te ut non deficiat fides tua”»; et cfr. e. g. AUGUSTINI *Enarrationes in Psalmos*, psalmus 26, enarratio 2, 5: «et in illo libro habes quem commemoravi, et in Evangelio Dominus dicit: “hac nocte postulavit Satanas, ut vos cribraret sicut triticum, et ego rogavi pro te, Petre, ne deficiat fides tua»; ecc.

cum legationis officio missus fuerim pro exequutione fienda in sancto opere unionis Christi, ibique, seminato iam bono semine, quosdam viros iniquos legis praevaricatores^a et veritatis prospexerim inter granum bonum zizania seminare, ipsam unionem et Christianorum pacem turbare atque pervertere molientes, polluto ore false dicere non verentes, praeter sanctorum antiquorum conciliorum ordinem ac instituta contraque sanctorum doctorum, maxime Graecorum auctoritates et dicta, ipsam sanctam unionem inordinate et perperam fuisse conclusam; et ex frequenti disputatione et quotidianis colloquiis tum publicis tum privatis facile cognoverim huiusmodi rebellionem ex solo ignorantiae fundamento fuisse exortam, pro eo quod nec ordinem nec antiquorum gesta conciliorum^b recte intelligunt, nec sanctorum doctorum probatas sententias propria caecati malitia concipere possunt; multorum devictus instantia tam Graecorum quam Latinorum, ipsorum maxime clarissimorum /623/ virorum Pauli videlicet de Doctis^c de Padua, famosissimi utriusque iuris doctoris, et Marini Faletro, viri siquidem nobilissimi Venetiarum patricii, qui sunt catholicae fidei et huius sanctae unionis maximi zelatores, hoc praesens opusculum Domino inspirante conscripsi, ut ipsorum perversorum hominum fallaciam refellerem pariter et confutarem et hii qui de sancta unione recte sentiunt magis etiam possint in eorum optima mente firmari.

[2] Nam conciliorum antiquorum ordinem et tempora, eorumque diffinitiones et causas quibus compilata fuerunt, summatim et compendiose collegi, prout ex eorum gestis in Graeco et Latino sermone conscriptis et ex annalibus antiquis, tam Graecis quam Latinis, comprobatum inveni. Ex ipsa maxime chronica viri ipsius clarissimi Liberati Carthaginensis qui omnia gesta huiusmodi magno studio magnaque fide conscripsit. Sed et totam seriem et ordinem nostri huius moderni hycumenici Florentini concilii – tuae magnae sanctitatis studio et opere omni memoria /624/ digno nostro hoc tempore congregati – sicuti praesens vidi et manibus propriis ex parte contractavi, studiose subiunxi, eius quoque diffinitiones (quibus ipsa sancta unio facta est pro fidei catholicae veritate), quantum mihi ex Deo concessum est, nisus sum probare,^d tum rationibus et exemplis, tum antiquorum conciliorum gestis et sanctorum doctorum, maxime Graecorum auctoritatibus atque sententiis, ut etiam ipsi pacis aemuli armis propriis in eorum falsis suggestionibus convincantur.

^a legis praevaricatores] praevaricatores legis SCHULTZE.

^b antiquorum gesta conciliorum] gesta antiquorum conciliorum SCHULTZE.

^c Doctis] Dotis SCHULTZE.

^d probare] comprobare SCHULTZE.

[3] Verum, quia res ista tam grandis atque difficilis ex debilissimo meo ingenio^a conscripta vim ullam habere non potest, nisi tua sancta auctoritate probetur, ex ea re opusculum ipsum ad pedes tuae sanctitatis corrigendum transmittito. Si quid ergo maximo tuo iudicio dignum in eo beatitudo tua invenerit, non quidem mihi, qui meam parvitatem cognoscens dico cum propheta: «a, a, a, Domine nescio loqui, quia puer ego sum».¹ Sed ipsi Deo maximo atque summo a quo omne datum optimum et /625/ omne donum perfectum desursum provenit danda est gloria, qui dixit: «aperi os tuum et ego adimplebo illud».² Ea vero quae tua Sanctitas apud ipsum opusculum aut inconcinne vel minus recte dicta esse iudicabit, quoniam ad te solum, pater beatissime, pertinet prava, in directa et aspera dirigere^b in vias planas, digneris pro tua sanctitatis clementia cum tua sancta emendatione corrigere, ut ipsa plantula ex se infructuosa, ex hac tuae sanctitatis correctione^c in bonam olivam inserta possit fructum utilitatis afferre.

Valeat in Christo sanctitas tua, pater beatissime, et ipse Deus cuius regni non erit finis beatitudinem tuam feliciter conservare dignetur per tempora longiora.

2.

Cris[toforo] Guar. a N. N.

Padova, 12 aprile [s.a.]

Da Padova un anonimo mittente scrive a un Cris[toforo] Guar. per compiangere la morte della di lui suocera [1]; valga a consolazione che la defunta ha lasciato una figlia altrettanto virtuosa [2]; comunica che Valerio è sofferente per una malattia che proviene dal cuore, ma si sta riprendendo; e inoltre che, per quanto sta in lei, Maddalena è vicina a Taddea (figlia della defunta, moglie del destinatario) e vorrebbe consolarla [3].

Chris. Guar. salutem plurimam dicit.

^a ingenio] ingeniolo SCHULTZE.

^b dirigere] corrigere SCHULTZE.

^c correctione] correptione SCHULTZE.

¹ dico cum propheta - ego sum] HIEREMIAS (ab Hieronymo transl.), I 6: «et dixi: “a a a Domine Deus ecce nescio loqui quia puer ego sum”».

² aperi os tuum et ego adimplebo illud] cfr. *Psalmorum iuxta Hebraicum* (ab Hieronymo transl.), LXXX 11 (et LXXX 12): «ego sum Dominus Deus tuus qui eduxi te de terra Aegypti dilata os tuum et implebo illud».

[1] Non potest dici quantum nos commoverint litterae tuae quibus nuntiasti nobis socrum tuam mulierem primariam et prudentissimam mortem obiisse. Cum enim in mentem venit quantum tibi et familiolae tuae conducebat eius mulieris /626/ amor, fidelitas et solertia atque consilium, non possum non una tecum hanc iacturam molestissime ferre. Atque sicut amisso temone navis huc et illuc incerta defertur, ita et omnem familiam tuam, optimo gubernaculo privatam, prope confusam et consternatam, incertam quid agat videor videre. Quare et ipsius mulieris causa quae nobis erepta est, cui ob quandam animi magnitudinem et summam prudentiam mirum in modum affectus eram, tum etiam propter incommoditates vestras, continere me non possum quin immodice doleam. Sed quid ago? Dum consolari te debeo, et cupio, prope magis videor dolorem renovare. Sed ita me dii ament, hic inexpectatus casus nos labefecit. Verum tamen Guar. sicut inhumanum esset in tam acerbo casu non dolere, ita stultum esset non se in tempore colligere, quandoquidem neque lacrimis neque lamentationibus hae minime leges emendari possunt.

[2] Nam qui nobis ipsis auxilio esse non possumus, quid sperabimus alios iuvare posse? Aut serius aut citius migrandum est. Quid tanti facimus hunc vitae curriculum? Quam varia, quam mutabilis, quam fallax huius vitae ratio, quae neque vi, neque ope, neque con/627/silio, neque disciplinis, neque potentia nec denique rebus ullis quantumcumque evolueris, non dico horam certam, sed neque momentum polliceri potest. Harum tamen rerum omnium ratio exquisita et quidem incredibilis doctrina penes te unum iudicio meo videtur esse, quam et a doctissimis viris accepisti. Et tu temet usu et experientia in ante acta vita probe didicisti. Quatenus, si te revocaris, multo melius quam tute ipsum consolabere, praesertim cum filiam reliquerit prudentia, integritate et modestia non inferiorem.

[3] Sed, ne putes nos et sine summa animi molestia fuisse, Valerius noster quem ego ad te destinaveram mittere, per idem ferme tempus cum scripseram missurum, nescio qua aegritudine quam ο*τ*ò τῆς καρδίας physici provenire affirmant, usque in hunc diem correptus languet. Nunc autem tenuiter convalescere videtur. Speramus tamen fortassis exacto calore bonam valetudinem consecuturum. Vale, valeat Thadea quam Magdalena consolatur, quantum in ipsa est. Credo non plus lacrimarum allato nuntio mortis materiae funderet, quam fundit cum ei socrus tuae obitum renuntiassem. Mirifice /628/ mulierem illam optimum summis semper laudibus extollebat.

Vale, pridie Idus Aprilis, Patavio.

3.

Andrea Crisoberga, arcivescovo di Rodi, a Fantino Vallaresso

[s.d.]

Andrea Crisoberga informa Fantino Vallaresso che il re di Francia è fautore del pontefice, che tutti sono perciò sollevati e che tutti ritengono debba essere contenuta e limitata la tracotanza dei padri conciliari di Basilea [1]; il mittente aspetta che il pontefice dia risposta a quanto Fantino aveva inviato; gliene darà conto o per lettera, o a voce; gli raccomanda il latore della presente, un greco convertitosi sinceramente al cattolicesimo [2].

A[ndreas] Ar[chiepiscopus] Col[ossensis]
Fan[tino] ar[chiepiscopo] Cre[thensi].

[1] Instantissimus tabellarii huius recessus non sinit ut has litteras ampliores faciam, quanquam nesciam quid significandum a me in praesentiarum sit quod te lateat. Nam omnia eodem more et cura aguntur, quemadmodum superioribus diebus dici fierique solebant. Praeterea hoc quod Tho. Nat., ex illustrissimo Francorum rege nuper festinantissime veniens, optima nova rettulerit eundemque scilicet regem devotissimae mentis esse ad beatissimum dominum nostrum, adeo ut nihil quod adversarii obtrectaverint aut ingressuri audire aut aditum ire patiatur. Idem studium dicit esse et ceteris illis principibus et quibus regia cura commissa est, praeter paucissimos quorum auctoritas, ut ait, minimi est. His nuntiis paene omnes recreati sunt nec dubitant temeritatem illam Basiliensium et incredibilem audaciam ultore Deo in nihilum redigi debere.

[2] Ego in dies contendo ut ea quae sanctissimo domino nostro declaranda dimiseras diffinita accipiam, quae, cum suscepero, vel monumentis litterarum ad te dimittam, vel forte et vivo /629/ sermone exponam. Alia in praesenti non occurrunt, nisi ut digneris partitorem hunc litterarum commendatum habere. Hic certe multiplici experimento docuit quanto favore et caritate complectendus sit, qui veneratione et mentis constantia ad catholicam fidem omnes sui generis viros longissime antecessit. Quod si de eo mea fallat opinio, nunquam de Graeco aliquo rectum sumam iudicium.

Vale vir optime, cui me devotissime offero ubique et semper. Raptissime, et cetera.

4.

Dan. Her. al proprio padre

[s.d.]

Lettera indirizzata da ignoto al proprio padre; gli si dichiara sempre fedele, gli chiede di dargli cenno del proprio amore.

Dan. Her. Val.

Quanquam, mi honorande pater, haut sitibundus paterno amori detulisse videar, partim cum nec praeceptis institutisque acquieverim tuis, partim etiam cum tuum, qui me plane movet, dolorem nec filiali praesentia debitaque litterarum conventionem abstulerim, et si tibi professione mea meum in te filialem amorem in nonnullis tibi debitis additamentis et officiis claudicare statueris, verum – tibi polliceor – nihil est quod de mea erga te subiectione comminutum putes, sed eum me tibi statuas quem colere perpetuoque observare debeam. Mihique persuadeo minime haec tuae erga me pietatis vinculum lacerasse, sed /630/ id fore firmiter atque constantius ut parentum nonnumquam ipsa natura, cum ab iis filios levitas quaedam detruserit facilimos, amplissimos amores prorumpunt. Ut enim sunt quidam (quemadmodum praeclare in *Officiorum* primo describitur), qui sive felicitate quadam sive bonitate naturae sive parentum disciplina sunt rectam vitae secuti viam. Tibi ergo potius cum honestati virtutibusque adherescam meo ad religionem vestibulo gaudere convenit quam versari. Et si tuum dolorem magnitudo amoris addiciat, tua tamen quaeso sapientiam et constantiam moderare cum nihil apud praeceptorem nostrum laudabilius, nihil magno et praeclaro viro dignius quam placabilitate atque clementia. Ego mi pater cum neminem te tui amantiorem me habeas, nunc omnia mea in te studia atque officia quae ad tuum commodum, quae ad honorem, quae ad dignitatem tuam pertineant hactenus tibi polliceor. Quamobrem velim ita etiam ipse fortasse si poteris tuis mihi gratis litteris offeras scintillam quandam amoris tui.

Vale.

5.

Bla. Hyer. a Fantino Vallarezzo

[s.d.]

Lettera consolatoria a Fantino Vallarezzo, cui è stata ingiustamente limitata una prerogativa; è esortato a sostenere con pazienza la prova, sul modello di esempi biblici.

Bla. Hyer. Fan[tino] Cr[ethensi] ar[chiepiscopo].

Supervenit externo vespere Ia., qui mihi rettulit taediosum /631/ novum ac displicabile. Nam, ut ex ipsius relatione didici, facto pravorum facultatem qua fueras educandus diminutam esse, quam sic deploro ac si hoc mihi contigisset. Sed his saepe probat nos Deus. Tu ergo, qui modestiam servasti hactenus atque constantiam sic in praesentiarum utaris eis ut non solum prosperitas te sapientem doceat, audisti in canticis pacificum regem: «Leva, inquit, eius sub capite meo (quasi pulminale^a mihi faciens de adversis) et dextera illius amplexabitur me».¹ Intuere Iob, Thobiam et Eustachium, quod fuere molestiis afflicti, nec suffecit substantia hosti nisi in pellem ageret. Virtus magna patientia, quam qui tenuerit beatus sit precor facias. Et de hoc satis. Intellexisti praeterea ut puto litteras quas tibi per eundem Ia. scripsi et quoniam facillimae mentis clarissimi oratoris nostri quam ex frequenti conversatione habes, potes, arbitror, praescivisse alias enim te quae ad me scribit. Nam^b etsi durus calix iste sit, nil minus bibam meque ad iter quam cito disponam. Quod fieri per prius non posse spero quam mensis integer effluat ut sim vobiscum. Verum, si interim translatum sanctissimum dominum nostrum ad Ferrariam scirem, tempus praeoccuparem ut in societate /632/ sua ad urbem illam accederem. Vale et me excusatum habe, si ut affectas, complectius ad te non scribo.

Iterum vale.

^a pulminale *ms*: fortasse pulvinare corrigendum.

^b Nam *ms*² *mg* (alibi Nam): Quem *ms*¹.

¹ Leva, inquit, eius sub capite meo quasi pulminale mihi faciens de adversis et dextera illius amplexabitur me] cfr. *Canticum Canticorum* (ab Hieron. transl.) VIII 3: «leva eius sub capite meo et dextera illius amplexabitur me»

6.

Giovanni Berardi, arcivescovo di Taranto, a Fantino Vallarezzo

Roma, [1432-1434]

Lo scrivente, da Roma, comunica a Fantino Vallarezzo di aver saputo del pericoloso accidente occorsogli; era preoccupato per la sua salute, ha tuttavia saputo anche della sua buona convalescenza [1]; non lo ha più informato sul Concilio: la situazione è oltremodo incerta; il pontefice ha stabilito di inviarlo nuovamente a Basilea, ciò che lo scrivente vorrebbe evitare; sa bene, tuttavia, di dover obbedire [2]; gli dà notizia della morte del suo unico fratello, evento che lo ha profondamente addolorato [3] (edita in Degli archiatri pontificj, II, Roma, Stamperia Pagliarini, 1784, pp. 128-130).

Io[hannes] Ar[chiepiscopus] Ta[rentinus]
Fan[tino] ar[chiepiscopo] Cr[ethensi].

[1] Fui his diebus magna affectus molestia et quidem cum ingenti anxietate mentis, cum intellexissem casum tuum inopinatissimum, ac non parum ut ab initio sum veritus periculosum. Timui enim saluti tuae nimium. Tandem factus sum certior laesionem non magnam admodum exitisse et nunc per Dei gratiam te ad indubitatam convalescentiam pervenisse. Quae res et me consolata est et ingentem attulit meo animo laetitiam.

[2] De rebus concilii ne mirum sit si nihil est a me scriptum. Sunt enim res illae in ea perturbatione et obscuritate ut nihil certum hactenus haberi potuerit, tanta est animorum varietas et dissensio. Novissime autem fore deliberatum extitit per sanctissimum dominum nostrum et reverendissimos dominos cardinales ut ego iterum Basileam repetam. Ago sedulo ne id eveniat et quidem rationibus optimis. Nam nec video id rebus gerendis expedire. Tandem, quod vereor, necesse erit oboedire. Ad executionem reliquorum tuorum laborum et conclusionum factarum, cum /633/ ambasciatoribus Christianissimi regis Franciae et regis Renati, deputatus est magister Andreas sanctissimi domini nostri medicus. Haec habui, pater mi suavissime, quae modo ad te scriberem.

[3] Et inter novas et acerbissimas animi mei molestias, quae mihi hoc tempore contigerunt, nuntiatum est enim mihi germanum meum e vita excessisse. Ea res mihi nimias angustias dedit, ut enim cetera omittam, obque illum mihi unicum carissimum habebam. Una res erat eximia scilicet viri probitas, quae ut illum maxime apud me facerem illique mirum in modum

afficerer semper effecit. Haec ipsa igitur fratris amissio incredibilem quendam mihi dolorem attulit. Nam et multa se offerunt animo quae maximam faciunt huic acerbitati accessionem. Et quanvis me ipsum ratione consolari studeam, nondum tamen invenire potui dolori meo finem. Caritatem tuam rogo me plurimum commendes reverendo patri domino * et item domino Fed. Cont., quibus tu dices non mirari me quicquam si facti sunt uterque mei immemores, quippe qui in oblivionem mature venisse arbitror. Vale pater, cui me plurimum commendo atque trado.

Ex Roma.

7.

An. Iu. a Benedetto, dottore di decreti

[s.d.]

Lo scrivente (An. Iu.) scrive a un Benedetto, dottore di decreti, dicendogli di trovarsi presso il suo signore (cioè Fantino), da cui mai vorrebbe staccarsi, tanto dolce è la sua compagnia; Fantino ha letto al cretese Lorenzo Boncio e allo scrivente stesso una lettera di Benedetto; Fantino ha elogiato Benedetto, ne ha tessuto lodi tanto alte, che lo scrivente volentieri, se potesse, partirebbe alla volta dell'Italia per conoscere di persona Benedetto [1]; Fantino ha incaricato lo scrivente di inviare a Benedetto il testamento in forma autenticata di un N(icolò) Cava, di cui è commissario; lo scrivente si giustifica con Benedetto: egli, non appena il testatore è morto, ha inviato il testamento a un medico, P. de Tho., affinché questi ne desse lettura ai legatari, la madre e il fratello, affinché provvedessero a dare effetto alla volontà del testatore; ma non ha ricevuto alcuna indicazione dai due legatarii; si apprestava perciò a scrivere nuovamente al medico (P. de Tho.), affinché la volontà del testatore abbia effetto [2]; nel frattempo ha scoperto che Benedetto è implicato nella volontà testamentaria, per la qual cosa gli chiede di intervenire presso la madre e il fratello del defunto, affinché questi ufficialmente esplicitino la loro volontà; se hanno già agito in tal senso, l'arcivescovo (Fantino) gli scriverà ciò che deve fare; gli si professa devoto e pronto a compiere ogni sua volontà [3].

An. Iu. B[enedicto] de[cretorum] doc[tori].

[1] Nescio an unquam iocun/634/dius tempus exigam quam quando apud dominum meum dominum ar[chiepiscopum] Cretensem assisto, adeo quidem ut, si fas esset, et possem, nunquam ab eo discedere vellem. Si enim adsunt amici, honesti et utiles sermones fiunt; si non liber legitur, numquam otio vacat, semperque in exercitatione est. O quam pulchra, quam dulcis ipsa societas, quam mira dulcedo eius in verbis atque suavitas, quam mira

hilaritate omnes excipit et affatur! Sed quid peramplius meam nuper exagravit iucunditatem? De te, doctorum eximie, mentionem agens, quandam epistulam, quam ad eum scripsisti, legit gravissimo viro Lau[rentio] Boncio Creten[si] cancellario et mihi. Deinde tuas cumulatissimas virtutes enumerans, te de gravitate morum, vitae integritate, ingenii perspicuitate, scientia quoque maxima et profunda, potissimum in utroque iure mirifice laudavit. Ego homuncio, tantum praelatum audiens de te praedicare, tot tantasque virtutes obstupui ac mecum ipse considerans, intra me dixi: «o summe Deus, quam inscrutabilia sunt iudicia tua!».¹ Tu omnes in hoc mundo creasti mirabiliter. Unde unus tot et tantis pollet virtutibus? Alius est, si non vitiis imbutus, nulla saltem eum virtus, immo, ut congruentius dicam, nullam is virtutem amplectitur! Et ad tuas amplissimas virtutes me circumferens, ad te /635/ tanta dilectione ex dictis huius praeclarissimi antistitis sum affectus, ut, nisi communitas haec me vinctum haberet, nisi res familiaris angeret, meique iuris essem, maria transirem et ad te videndum in Italiam pervenirem, ut gaudium impleretur meum. Haec tibi non adulatione subdola, sed in timore Dei et in veritate dico. Nec mirum, dicit noster gloriosissimus Hieronymus, legisse in historiis veteribus quosdam lucrasse provincias, novos adiisse populos, ut quos ex libris noverant, coram quoque viderent.²

[2] Demum idem praesul, tua perlecta epistula tuisque finitis laudibus, mihi mandavit ut testamentum illius clarissimi viri domini N. Cava, cuius sum commissarius, sibi in formam autenticam redactum darem tuae praeherentiae transmittendum (nam illud tua epistula requirebat), et quia consultor commissariae eiusdem est, consuluit ut tibi procurationis instrumentum mitterem ad voluntatis testatoris executionem illius. Verum, quia mihi exinde posset negligentia imputari, tibi ad meam duxi excusationem breviter reserandum, me quamprimum de hac luce idem dominus noster migravit, eius testamentum viro optimo P. de Tho., physico egregio, transmisisse. Ipse enim eundem dominus noster mihi domesticum fecit ut legatariis eius ostenderet, matri scilicet atque fratri, ut et ipsi ordinem darent, /636/ prout vellent. Deum testor, nullum habui responsum nec ordinem ab eisdem. Expectans expectabam. Tandem, his iam prope pera<c>tis diebus, iterum ipsi

¹ o summe Deus, quam inscrutabilia sunt iudicia tua!] cfr. *Epistula Pauli ad Romanos*, XI 33: «o altitudo divitiarum sapientiae et scientiae Dei quam incomprehensibilia sunt iudicia eius et investigabiles viae eius».

² dicit noster gloriosissimus Hieronymus, legisse in historiis veteribus ~ viderent] HIERON. *Epistulae* LIII 1: «legimus in veteribus historiis quosdam lustrasse provincias, novos populos adisse, maria transisse, ut eos, quos ex libris noverant, coram quoque viderent».

P. scribere destinaveram, ut, sicut in aliis quae per nos ipsos commissarios facere potuimus, voluntas habuit testatoris effectum, ita in reliquis totaliter impleretur, et hic labor et pondus quae conscientiam gravant humeris demissa, me et allevaret a pondere et liberum faceret a labore.

[3] Interim autem, Deo ex alto providente, tu irrequisitus, te offero quod inquirere volebam. Te igitur, quem ipsius defuncti attinentem ex tuis litteris esse concerno, obnixius rogo ut, si mater et eius frater in humanis agunt, eos inducas ut factis ordinem dent suis, et per instrumenta sollemnia cui velint committant quid circa id fieri volunt. Si vero humanitatis debitum iam solvissent, quid agere habeas, reverendus dominus ar[chiepiscopus] tibi scribet. Ipsi enim soli hoc in casu testamenti executio commissa extitit. Sed finem epistolae imponens, me, doctorum clarissime, licet absentem tibi offero, si tuae permaximae virtutes parvitatem meam non dedignentur habere domesticum, id enim quod sum et possum tibi iterum offero et mihi inter alios sive familiares, sive amici, sive noti sint tibi, mandare potes quicquid me cognoveris pro te posse.

Vale diu vere Benedicte, etiam tot virtutibus inclite ac quod familiaritate tua factus sim dignus tua mihi digneris epistula respondere.

8.

Marco Giustiniani a Lauro Querini

[s.d.]

Marco Giustiniani risponde a una lettera di Lauro Querini, lettera scritta con straordinaria eleganza, nella quale gli viene contestata una pretesa contraddizione; di fatto Marco è in questo periodo prossimo alla filosofia degli accademici, pur senza dimenticare gli aristotelici; ma ciò non è incongruente, poiché le due cose possono stare congiunte [1]; è vero che Marco ha scritto di seguire sia gli accademici sia i peripatetici; vi sono moltissimi uomini che hanno congiunto filosofie diverse [2]; Lauro pretende infatti che solo i peripatetici vadano seguiti e apprezzati, e che solo Aristotele detenga la verità, ciò che non è; gli trasmette un commento in greco ad Aristotele per tramite di un Covallisio [3].

1637/ M[arcus] Iu[stinianus] L[auro] Q[uirino], luce magis caro salutem.

[1] Vide quantum in te suavitatis et gratiae sit, mi L[aure] iocundissime, adeo formosas tuas litteras depingis, ut non minus illarum forma

capiamur, quam tuarum sententiarum amplissima gravitate, qua fit, etiamsi saepissime in tuis litteris tibi non constes, tacendo tamen id quod dicendo libentius prosequar, ut gratius tibi aliquando sit tuum te errorem cognovisse quam a me didicisse, pro dii immortales, quos ego risus excitassem, si tecum essem. Nunquam, mi L[aure], in tot tantisque tuis ad me litteris, quanvis semper doctissime dis<s>eris, adeo inexpugnabiles syllogismos construxeras. Ariete mihi opus aut vinea aut testudine. Miraris quod tibi visus essem in epistula mea pugnancia dixisse. Quod et nos turpe et malum arbitramur, quia cum potissimum hoc tempore achademicos sequar, aristotelicos non abiciam, cum ab aliis et a nobis saepe audieris has philosophorum sectas inter se et a se varias esse. Audi quidnam velit tua dyalectica et vera dicendi ratio et disce non discidentia nobis videri quae simul stare possunt. Qui enim non devicit quenpiam, non idcirco causam sequitur. Vides ut me non intellexeras, qui tuo divino ingenio summorum virorum singulares sententias prosequeris, quod tamen non miror.

[2] Scimus enim magnos plerunque viros in primis elementis /638/ primae et iam artis prolabi turpiter,^a sed, ne omnino tantum laborem frustra sumpsisse videare, dabo tibi ut aqua magis haereat quod me dixisse putaras virosque me sequi achademicos simul atque peripateticos. Habes nunc quod est accusatori maxime expetendum, confitentem reum, sed tamen ita confitentem ut acriori te vulnere feriat. Legi multos stoycos gravissimos viros achademiā laudasse, peripateticos vi et ratione rerum multarum cum a suis non discessissent finibus sequutos fuisse; plurimos achademicos disciplinam stoycam non improbasse. Viros quoque sanctissimos cum Aristotilem ad astra ponant et eum saepissime sequantur, ipsi tamen Platonem proposuisse et eius vestigia sequi.

[3] Vides, mi L[aure], quam pulcherrime sedato nunc pectore maneat, cum temporis vim et rationem prospicias, sed nolo tibi nunc dicere quinam vir hoc maxime prosequatur ne tanti viri nomine fractus a tuis syllogismis desinas quos mihi scito iocundissimos esse. Vis et alterum tuum syllogismum pulcherrimum nec minus gravem? Videamus quo magnopere niteris, ut cum iam satis firmaveris non posse quempiam duas sectas sequi me penitus ab achademia deterreas. Ais enim solos peripateticos esse sectandos, quoniam solus Aristotiles invenit veritatem. /639/ Primum tibi dico nec solum Aristotilem invenisse verum nec omnes peripateticos nobis videri. Sed pluribus usus sum verbis fortasse quam debui. Te vero nonnunquam video dum me

^a turpiter] turbiter *ms.*

magis tuum facere studes nonnunquam a finibus nostrae dyialecticae discedere, sed quid opus est tantopere nitaris. Ecce absum terraque marique semper ubique tuus. Quod ad me scribas ut diligenter quosvis super Aristotilem commentarios Graecos ad te transmittam, equidem hanc curam Covallisio nostro dedi, isque pollicitus est omnia se tua ac mea causa esse facturum.

Vale.

9.

B. Ab. a Fantino Vallaresso

1 maggio [1436]

Lo scrivente dà notizia a Fantino Vallaresso che il 6 aprile un metropolita greco è giunto da Costantinopoli a Budapest, presso l'imperatore (Sigismondo); da una lettera apostolica indirizzata all'imperatore, si è appreso che il metropolita ha abiurato l'eresia ed è stato unto con il sacro crisma presso la curia di Roma; il Signore ha commiserato l'umanità e ha esaltato papa Eugenio; a lui tutti vogliono inchinarsi; greci, boemi, tutti gli eretici desiderano tornare all'unità [1]; l'imperatore ha letto la lettera con grande soddisfazione; ha inviato il metropolita verso la Valacchia, dove gli sarà conferita una prebenda; i principi della Boemia con i loro sacerdoti e il vescovo di Costanza (dominus Constanciensis) attendono l'imperatore presso Jihlava; i Boemi sono pronti a condurre l'imperatore in trionfo a Praga [2]; lo scrivente ha rinunciato ad assumere gli ordini sacri: la sua situazione è infatti difficile; se l'imperatore Sigismondo si recherà in Italia, la sua situazione sarà risolta; altrimenti cercherà l'opportunità di tornare presso Fantino [3] (edita da PERI 1983, 63-64).

B. Ab. Fan[tino] ar[chiepiscopo] Cre[thensi].

[1] Graecus quidam metropolitani de Constantinopoli VIII idus Aprilis Budam ad Caesarem quibusdam cum famulis et uno monacho religioso (ut videtur) probo applicuit, qui litteras apostolicas videlicet commendatitias ad imperatorem portavit. Quibus lectis intelleximus eum magno ac constanti animo, primo, Graecorum haereses corde suo abiecisse et penitus abnegasse; deinde, sacro chrismate in Romana curia perunctum fuisse. O felicia tempora nostra, pater optime, quod Graecorum, vel rectius dicam Christianorum decus, gloriosus misertus generis – quod inter se divisum et longis iam ex infidelibus exagitatum temporibus – in eum /640/ gradum et culmen Eugenium sanctissimum dominum nostrum erexit. Venerabili sanctitate atque animi celsitudine eius etiam singuli eorum ad osculandum sanctitatis suae pedes

tanquam orthodoxi sponte festinant et universum Graecorum, Boemorum atque ceterorum haereticorum genus in primam unionem libertatemque et statum reduci non dubitamus.

[2] Cum itaque imperator intellexerit quid ipse metropolitanus per litteras domini nostri a maiestate Caesaris peteret, maiestas sacra sereno vultu iucundoque animo versus Vlachiam miserat eum, ubi eidem debeat ecclesia una cum aliqua possessione conferri. Praeterea Boemorum principes cum eorum sacerdotibus nec non dominus Constanciensis sacri concilii ambassiator cum eius sociis in civitate Giglaviae, quae prope Boemiae metas scita est, magno cum desiderio maiestatem sanctam expectant, ut ibi et spiritualium et temporalium conclusionem conficiant. Imperator cras sine dubio Buda Giglaviam versus equitabit, celeriter ut solet. Quare rumor est inter Boemos et ceteros Christianos in spiritualibus et temporalibus fore optimam pacem. Intendunt denique Boemi parata conclusione maximo cum triumpho Pragam ducere Caesarem, tanquam Boemiae regem, quicquid autem vel conclusum vel secutum fuerit de his te meis litteris faciam certiore, sed de his /641/ hactenus.

[3] Ego enim, pater honorande, inter has immanes et barbaras nationes, ubi domum propriam non cognosco, nullos sacros ordines recipere volui neque quousque hoc modo fuero vagus unquam recipiam. Mordet me conscientia, pater colendissime, quod in hac corporis et animi agitatione divinos indigne ordines assumam. Quare statui mutare propositum post Boemorum conclusionem. Nam dominus meus Seg[ismundus] si post eorum conclusionem in Italiam equitaverit, bene mecum erit actum. Si non, vigilabo quonam modo istuc ad te possim reduci. Istic enim non in Hungaria res agitur mea et ecclesiae tuae, pater, praecipue non alii servare desidero vehementer. Idcirco ut res mea tibi curae sit, obsecro caritatem et benignitatem tuam cum praesertim scias litteras apostolicas me iam diu impetrasse et acceptas esse a sacro capitulo ecclesiae tuae Cre[thensis]. Sed confisus equidem incredibili celsitudine tuae benignitatis etiam sine litteris apostolicis etiam quaerebas dum fuerimus Cretae et quaeres me in tua ecclesia honorare. Clarissimis viris domino Dominico et M. benemeritis tuis cappellanis me velim commendes. Quid autem tu super mea re sentias, quidve consilii praestes velim quam primum per litteras tuas me facias certiore diligenterque tanquam servitorum minimum admoneas tuum. B. hoc firmiter scias quod si idem dominus meus /642/ Seg[ismundus] in Italiam non venerit, in hac aestate sine mora eum sum relicturus et istuc venire operam dabo. Vale dignissime praesulum.

Kalendis Maii.

10.

Par. Domi. a N. N.

[s.d.]

*La lettera è parte di uno scambio epistolare tra due amici, probabilmente chierici, i quali afferiscono alla famiglia di un medesimo dominus, cioè un arcivescovo (Fantino Vallaresso?); il mittente attende l'amico a Venezia, il destinatario è un cantore, che ha eseguito di recente le antifone *Pinguis est panis Christi* e *Beati pacifici* (ma troppi i sottesi e le abbreviazioni per ricostruire senso e contesto con sufficiente chiarezza).*

Par. Domi. Salutem.

[1] Ad tertium Kalendas Octobris abs te litteras accepisse congratulor quibus tum sospitatem tuam, tum felicitatem, tum etiam illam sincerissimam cordialemque benivolentiam qua coniuncti sumus et prudenter et humane ostendis. Te valere ut sentiam tibi que felicia cuncta procedere gaudeo et exulto, gaudeoque magis, si te Venetiis (ut faris) videro, quod, ut praesto sit, caelestem exoro, optatum te expecto, veni sospes. Ex his autem innocentiam tuam quam et diebus quampluribus cognovi ostendisti et si mihi speciales litteras non dabas tamen per tuas easdem litteras ad virum illum familiarissimum M. nostrum hortationes varias et salutes ex te mihi fiendas iungebas fateor habuisse. Ex quo, si mutuas a me non exceperis ais me inculpabilem reddere hominem me variis occupatum tui intensius laborantis non meminisse decernis. O D[omine] mi, nunquid antiquissimi illius secutionis oblivisci potes? Te ut magnum amplumque facias minimum vocas. Facis profecto quod soles. Quid in hoc me ut cautum redderes te amplitudine illa frui qua boni quique praelati tempus /643/ amittis? Iam ex alio sciveram, scis a quo? D. Br. ille Calamita mutuo amicissimus mihi ex certo sine iuramento firmavit, quod, si cantor fuisti, bene cantasti et praesertim illas anthiphonas *Pinguis est panis Christi* et *Beati pacifici*.^a Acquisivisti substantiam, procura nunc personam ampliare. Dimittam †truphas† veniam ad eam quae attinent.

[2] Memini alias scripsisse quid agere decreveram de eo quod vir bonus ille dederat Ia. Por. Quod in praesentiarum haud abditum ducam. Non habitis secundis litteris meis, respondes et probe ut consilio tuo desistam. Iam

^a pacifici] pancifici *ms.*

ex eisdem litteris memini tibi aperuisse mentem meam, quod ob reverentiam reverendissimi domini P. Gra. quem res tangebatur aliquali via me minime impedire decreveram et sic desistebam. Comperi curriculo parvo dierum abeunte eundem Ia. sacerdotem precise ut dicis tam candide quam alibi egisse contra caritatis debitum. Dolui quantum dolendum erat. Quoniam re vera dum eum in domo reverendissimi domini cardinalis de Columna degentem agnoveram, credidi bonum virum. Cupio eum viam iniquitatis deserere et ad semitam veram redire. Si hoc mihi alienum non fuisset, nullo pretio egissem, quae domino meo domino P. rem gravem tulissent. Doleo nanque et permaxime doleo, si reverendus dominus communis, dominus arch[iepiscopus], hoc aegre tulerit. Velis ergo mi /644/ cordialissime, ut pater eidem domino communi me in hoc, quemadmodum sum, reddere innocentem te quibus valeo precibus oro destiti. Desisto nec in posterum similia amplectar nisi rem lucidam propriis conspexero oculis. Habui novissimis diebus certa beneficia Tar. quae residentiam requirunt personalem. Decernam forte Deo duce ibidem habitare, quid sequetur scies.

Vale, vir optime, et me reverendissimo domino communi singulariter commendes. G. denique si penes nos est meis verbis salvum facias meque postremo tibi commendo tuum.

11.

Ia. R. a I. D. Ci.

[s.d.]

Il mittente si complimenta con il destinatario che è tornato, con molta rapidità, da un lungo viaggio; è felice di saperlo sano e salvo; sarà ancora più felice se il pontefice lo premierà per il suo lavoro e la sua fedeltà; avrebbe voluto andarlo a trovare a Venezia, ma è impedito dagli impegni; spera tuttavia di poterlo riabbracciare.

Ia. R. I. D. Ci.

[1] Antonius noster, qui tibi has meas consignabit litteras, ex Verona forte accedens felicem redditum tuum mihi enunciavi, dixitque te bene valere, de quorum uno non parum miratus sum, quod videlicet tam cito reddieris satis superque esset si equus tuus, vel noster potius, non modo rapide ut facit ivisset, verum etiam si volasset. Longum enim erat iter tuum et legatio tua, hoc est profectionis causa debebat esse non ignobilis. De altero quod scilicet

sopes reddieris non possum pro mutua inter nos consuetudine et amore non multum laetari. Triumphabo ac beatum me sentiam profecto si cura, studio et diligentia tua intellexero, vel nuntio vel litteris tuis, maximi pontificis desiderio saltem aliqua in parte satisfactum esse.

[2] Spero enim quod illius /645/ beatitudo quae solet esse non ingrata de aliqua praestanti praebenda aut dignitate in laborum et fidei tuae retributionem tibi providebit. Quod si erit factum, fac ut sciam quanto praestius poteris ut tibi, sicut nostram decet amicitia, congratulari queam. Nisi occupatissimus essem, navigassem mihi crede ad te videndum Venetiis. Sed spero quod non aberit diu quod magnificus dominus R. ab istis laboribus expeditus erit et te complecti potero ad satietatem usque. Vale interim et iube ac aliquid si per occupationes licet rescribe de statu ac omnibus rebus tuis. Iterum vale milies et me commenda clarissimo viro domino patri Lau[rentio], cuius negotium votivum omnino finem consequetur et praesto. Scio enim quid loquor, carum etiam me facies domino F. nostro, cuius totus tua causa et humanitate sua esse volo.

12.

Fr. de P. a Fr. Por.

22 ottobre [1432]

Lo scrivente (un familiare di papa Eugenio IV, come si ricava dal § 2), si rivolge a un amico, il quale lamenta di non aver ricevuto risposta a una sua precedente missiva; questa, di fatto, non è mai stata recapitata [1]; il concilio di Basilea è stato già sciolto dal pontefice (dominus noster), il quale ne ha convocato un altro a Bologna (il che avvenne con la bolla del 18 dicembre 1431: perciò la lettera dev'essere del 1432) [2].

Fr. de P. Fr. Por. salutem.

[1] Redditae mihi sunt litterae tuae per V. concivem nostrum optimum, quibus videbare alias pridem mihi commisisse litteras ex me autem quicquam acceperis unquam. Quamobrem suadebas tibi nolle respondere. Ego, F. optime, quanquam multis negotiis praepeditus sim, tibi aut unquam respondere omissem cum tuae mihi redditae essent. Te enim cum familia tum virtutibus tuis tum etiam /646/ antiquissimae consuetudinis nostrae iure permaxime diligo, ut tuis quandoque litteris me plurimum oblectari putes. Quod scribis de gen[itore] tuo, ego (quod idem dominus patriarcha sentit),

sibi parum aut nihil in praesentiarum ad curiam accessum prodesse putem. Ea crede, amice loquor. Non sibi conditio forte parata esset quam idem cupit.

[2] Praeter haec, aliud occurrit maximum, quod, cum omnia ista loca magnis disceptationibus et guer<r>is destituta fuerint, magna hic admodum annonae caritas viget, quod amplius facit futurorum suspicio. Est etiam sanctissimi domini nostri aegritudo, etsi perexigua, quae inter gravissima incommodo numerari potest, ut putem vere isto ad balnea nos esse profecturos. Demum concilium Basiliense iam pridem a domino nostro dissolutum et aliud ad annum cum dimidio futurum Bononiae publicatum est, quod tamen si sit, infra tempus breve nos Bononiae adesse putem, quo longe commodius tibi parens optimus ceterique alii itineris brevitate poterunt adventare. Quod tandem mihi te ipsum offerres, non opus erat sic enim de te mihi persuasi semper. Optarem insuper, frater carissime, germano tuo P., qui clericus est et virtuosus existit, de re aliqua esse provisum, quod persaepe memini non immemor benivolentiae nostrae /647/ optimae. Reliquum est ut me quid optes certiores facias, cui mihi operae pretium erit satisfacere posse. Vale, et me paribus tuis commendatum facias.

X Kalendas Novembris.

13.

Nicolò Cava a Fr. P.

[s.d.]

Lo scrivente si rivolge al destinatario in tono spiritoso, canzonando la propria stessa pigrizia che gli ha impedito di scrivergli (ma il testo, privo di chiari riferimenti, resta oscuro).

Nicol[aus] C[ava] Fr. P. salutem.

[1] Quantum de litteris a me suscipiendis in posterum speres video. Nam si quas per immortales occupationes tibi scribo, quorundam hominum illarum latorum intercipit improbitas. Iam me intelligis iocantem puto. Postquam meos proprios lares visitavi hac in urbe repositos suavissimus et maximus nobis interceptus sermonis fructus est nostri, adeo quod gratissimum ducam, si tuis me accusabis litteris cum eam accusationem ex singulari in me amore tuo abs te factam esse intelligam, propterea quod tanto silentio usus sim, ut me vel ingratum vel rusticum fatear opus sit et omni sensu quasi carere. Nam ista postponam cum tu cognoscas me natura comparatum esse,

ut in amando quidem strenuus sim et in scribendo ignavus ita factus quod omnes tarditate vincam. Tamen ne diutius hac inficia tenear neve tuum in me affectum caligine tegi patiar, has meas tibi breves dare constitui.

[2] Novi enim, carissime frater, quod miram tuam in me pietatem tantopere accumulasti ut, si om/648/nes mihi necessitudine coniunctos enumerarem qui saluti gloriae ac dignitati meae faverent, te in eorum numero ascribendum censerem, non equidem indignum mei admiratione futuri triumphi pro qua tua in me singulari humanitate ingentes tibi gratias et refero et habeo. Finem quoque istis imponam. Si hoc tibi praemisero ac recommissum fecero quod tua non tam voluntas honorum cupida quam ingens adhibita ad disciplinas, ad studia cura atque solertia id spondeat. Quod meae dignitati spectator et fautor esse digneris, ut animus tuus ex felicibus meis successibus gloriari possit, et incredibili laetitia affici. Si tua mihi occurreret modesta, ornata et maiestate referta facies una cum tuis edocendis in iure discipulis, quando temporum condicio me legentem extollet.

Vale altera felicitatis meae pars.

14.

Ma. V. a Fantino Vallarezzo

3 gennaio [s.a.]

Lo scrivente, forse Maffeo Vallarezzo, zio dell'omonimo arcivescovo di Zara, si rivolge al fratello Fantino per consolarlo in un momento avverso, causato dall'invidia dei suoi avversari.

Ma. V. F[antino] V[alarezzo].

Si grata tibi mea esse officia erga te cognoscam, non tuae solum voluntati satis diligenter faciam, verum etiam maximis ego te honoribus afficiam, quibus ipsa livorem et propter tuorum inimicorum invidiam privatur, qui huic nostrae reipublicae res nec factas nec abs te cogitatas denuntiant. Fac igitur his tuis rebus ad/649/versis, bono sis animo. Tua enim dignitas ex tuorum familiarium praesidio singulari studio summaque cura defendetur, quibus ego semper nostram ob mutuam benivolentiam ab ineunte aetae inceptam usus fui, cum ipsis quidem vehementer crevit annis. Vale mi frater suavissime meque maiorem in modum ama, quod facis.

III Nonis Ianuarii.

15.

L. C. a S. C.

[s.d.]

Lo scrivente invia tre anelli e alcuni capi di vestiario – cioè vesti semplici, diploidi (cioè mantelli, composti di due parti), una berretta – a chi gliene aveva fatto richiesta.

L. C. S. C. salutem.

Tu nunc mecum egisti tanquam casei venditor essem, ita materno eloquio ad me litteras dedisti. Mitto ad te tres anulos quos (ut iussisti) commisi famulo tuo, sive illi qui tuas mihi reddidit. V. ex Ferraria rediit, qui vestes tuas et binas diploides ac birretum tuum daturus est famulo. Miror quod nullum non miseris super quo imponentur capsae cum vestibus, quoniam totius et aptius ad te delatae essent. Curabimus tamen ut melius fieri poterit ad te deferantur easque reliquis cum rebus nuntio tuo commitemus ut scribis. Doleo de morte C., quanvis filius laetetur ut mihi dixit M. noster. Salvus sis ab omnibus nostris. Mihi significato quo te directurus sis. Banda te certiozem facit quicquid pro veste tua exposuerit.

Vale et quidem bene.

16.

Ludovico Foscarini ad Antonio Baratella

[s.d., ma ante 1448, anno di morte del Baratella]

Ludovico Foscarini si complimenta con il poeta Antonio Baratella per i suoi carmi: senza di essi l'epoca loro godrebbe di minor fama, perché quei carmi vincono con la loro celebrità le opere degli antichi scrittori.

/650/ Ludo[vicus] Fus[carenus] Antonio Baratelle
Patavo dignissimo poetae laureo salutem dicit.

Vidi, suavissime poeta, carmina quae, si abs te data non essent, nostrorum temporum minime iudicarentur, quia veterum etiam scriptorum laudem (nec fallor) permaxime antecellunt. Itaque, mi clarissime Baratella

pater, tibi et tuis laetare quoniam nullis praeceptis, nulla arte, nullo studio potuisses solus nostrorum hominum tantam tamque praeclaram doctrinam consequi, nisi Deus et natura caelesti quodam munere te ad talia studia ornanda excelsum magnificum et integerrimum virum edidisset, ut sanctum poetae nomen, quemadmodum Ennius appellabat,¹ quo longius aberrat eo in te dignius illustriusque repeteretur. Nullas igitur adversas fortunae partes extimescas. Nam virtus ubique magni est. Sed memineris saepiusque mente repetas et tibi dictum puta Virgillianum illud:

durate et vosmet rebus servate secundis.²

Vale.

17.

N. N. (giurisperito) a N. N.

[s.d.]

Lettera con la quale un giurisperito certifica il proprio impegno nel seguire le vicende di una causa.

Quanti apud me fuerint commendationes tuae causae cupiebam ex ipso fine potius quam ex litterarum crebritate cognoscere. Sperabam enim propediem peroratam causam tibi nuntiare, sed, cum /651/ videam praeter desiderium meum aliquandiu rem hanc differendam, velim scias quid hactenus a me diligenter actum fuerit, ut intelligas quanto studio rebus tuis consuluerim. Coniunctus fuit a nobis adversarius tuus sententiis duabus interlocutoriis et ad expensarum refectionem condemnatus extitit. Nunc causae principali intendimus spe optima, finem ut spero et opto brevi accipies. Quo intellecto me magis ad agendum quam ad scribendum in rebus tuis promptum cognosces, et quantum in me iuris habeas facile percipies.

Vale.

¹ sanctum poetae nomen, quemadmodum Ennius appellabat] cfr. CIC. *Pro Archia* 18: «suo iure noster ille Ennius sanctos appellat poetas, quod quasi deorum aliquo dono atque munere commendati nobis esse videantur».

² VERG. *Aen.*, I 207.

18.

Ludovico Saccano ad Al. Tr.

[s.d.]

Il messinese Ludovico Saccano (se con lui va identificato lo scrivente) si trova a Roma, da dove scrive a un amico, il quale ha ricevuto la cura di una diocesi il cui presule è recentemente scomparso.

Lu[dovicus] Sa[ccanus] Al. Tr. salutem.

[1] Si recte cum tuis vales, ego quoque valeo. Cum nudiustertius ad urbem Romam per varios casus et per tot rerum discrimina accesserim, visum est ante omnia ad te aliquid litterarum dare. Lex enim amicitiae nostrae iubet ne silentio involvatur, sed crebris repetita litteris, quasi quoddam seminarium colatur. Nunc autem civitas haec, cuius fama inclita universum terrarum orbem illustrat, me iocundo gremio suscepit. Tranquillo hic animo demoror, sive id mihi fato sive cursu naturae contigerit. Videre videor sedem nunc locasse meam. Multa maiorum dicta quae antiquis in codicibus per annales descripta olim /652/ legisse memini, in praesentiarum recolo. Ceterum dictu quasi incredibile est quanta priscorum Quiritum monumenta conspiciantur. Ex quo non fecte Sallustius in Catilinario scribit Romanos montes solo coaequasse^a et maria construxisse.¹ Haec sunt quae animum nostrum ita alliciunt et demulcent ut Virgilianum saepe carmen reminiscar:

atque animum pictura pascit inani.²

Quid praestantius? Quid ad videndum delectabilius quam et pontificem maximum divum apud nos mortales in solio augusto consedere? Et cardinalium praesulumque coros in ordine contemplari? De his hactenus. Tu quid agas quidque agatur a nostris cum scribendi facultas dabitur significes quaeso. Quibus me gratum nosti de more commendabis.

^a coaequasse] quoequasse *ms.*

¹ non fecte Sallustius in Catilinario scribit Romanos montes solo quoequasse et maria construxisse] cfr. SALL. *Cat.* XX 11: «etenim quis mortalium, quoi virile ingenium est, tolerare potest illis divitias superare, quas profundant in extruendo mari et montibus coaequandis, nobis rem familiarem etiam ad necessaria deesse?».

² Cfr. VERG. *Aen.* I 464.

[2] Cum rumor quidam ad aures meas delatus esset qui reverendi patri episcopi Br. mortem mihi significavit, magna illico molestia affectus fui nec minus etiam illius casum tuli ac si mihi frater fuisset, tum ob universorum hominum infortunia aegre ac communiter quod ferre debemus, tum vero quia magna inter nos benivolentia semper viguit, quae a teneris ad nos accessit quadam naturae ac aetatis nostrae convenientia, quae nos (ut arbitro) in cunabulis /653/ invasit. Eoque magis ipsius mortem aegre ac meste tuli, quo ipse infelix vitam cum morte miserrime commutavit. Quae res humanae fragilitatis summum et indicium nosque similibus multisque aliis subiacere periculis constat. Tamen cum tuae dominationi eandem ecclesiam meritis exigentibus collatam fuisse accepi, dolorem a me profecto expellere conatus sum, quandoquidem Tor. ecclesia ad Br. insignem civitatem tuae dominationis pervenisse intellexi et eo maior consolatio ad me accessit, quo ab illius discessione graviter angi solitus eram. Nam mutuus inter nos amor ita coegit. Quare tuae dominationi congratulor et de excellenti dignitate longe laetor Deumque immortalem deprecor ut tibi in posterum ad vota favere non dedignetur. Nam si quid boni acciderit mihi accidisse profecto iudicabo meque tibi totum plurimum dedo ac commendo.

19.

Giovanni Ta. a Nicolò Cava

[s.d.]

Giovanni Ta. scrive a Nicolò Cava, assicurandogli che gli recherà un astore.

Io[hannis] Ta. Nic[olao] Ca[va] salutem.

Maximam laetitiam ex tuis litteris cepi, quas superiori die ad me mirifice scripsisti. Quae et quadam egregia pompa dicendi et verborum maiestate refertissimae mihi visae sunt, ita ut etsi omnes singulari tua vi dicendi viceris nunc vero te ipsum /654/ vincere mihi visus es. Qua ex re hoc tuo excellenti bono gaudeo ac triumpho. Quod autem scribis ut astorem unum ad te darem, hoc tibi certissime persuasum habeas me una cum egregia ave ad te propediem venturum. Cum vero venero certam causam mei silentii exponam, ita ut clare comperies me non oblivione tui ad te superiori die quicquam scripsisse. Reliquum est ut clarissimo iuris consulto domino Zachariae utrique nostrum me commendes litteratissimo etiam viro domino An. V. quibus et cetera.

20.

Leo. B. a Ga. A.

[s.d.]

La prima parte della lettera (Miraris - recrudescerent) è adattamento di GUARINO DA VERONA 1915, ep. n° 277, 426-428; chi scrive fa sapere al destinatario di varie sue traversie; ha trovato rifugio in Ferrara presso Guarino; quindi si è recato a Rovigo per sfuggire la peste.

Leo. B. Ga. A. salutem.

[1] Miraris et fortasse tacitus accusas ut quando^a pro amicitiae iure omnia in me possis, quod tam diu nihil ad te litterarum dederim, quae tuam absentiam in proximam quandam consuetudinem revocarent. Ego, G. carissime,^b vera fatebor. Cum hactenus ferme longis et assiduis agitarer erroribus, ut meae salutis^c quantum humanitatis provideri licet, caverem non aliter quam qui procelloso iactantur pelago feci, qui intestino percu->si dolore ac metu dum intentius sentinam exhauriunt, funes ac retinacula parant, ancoras instruunt, portum prospectant naufragis ac periclitantibus, /655/ etsi cupiant, opem solamenve praestare non vacant.^d Adde quod eiusmodi parabatur materia^e quam et calamus et manus ipsa conscia refugeret. Nam querimoniae gemitus lacrimae ac maemores offerebantur, quibus quasi refricantibus vulnera ipsa recrudescerent. Nam quotienscumque calamum sumebam ut te mea de valetudine certiosem facerem et quid agerem quove in statu essem significare tibi vellem, afflictio patriae nostrae communisque calamitas veniebat in mentem, quam, etsi commemorare nolebam, invitum tamen ad scribendum urgebar. Facere etiam non poteram quin nostrae familiaritatis atque quotidianae consuetudinis disiunctionem deplorarem. Quid enim mihi iocundum, quid suave esse mihi potest quod non sit tuis facetiis, tuis salibus et tua senili gravitate conditum? Haec enim fuerunt, mi suavissime G., quae me ab officio scribendi usque in diem hodiernum retardarunt.

[2] Nunc autem satius duxi velle aliquid litterarum ad te dare quam incohatum silentium producere, quanvis etiam nostris litteris communes

^a quando] qui *Sabbadini*.

^b G.] Madi carissime *Sabbadini*.

^c ut meae salutis] ut meorum et meae salutis *Sabbadini*.

^d vacant] vacat *Sabbadini*.

^e materia] scribendi materia *Sabbadini*.

calamitates inscribi necesse sit. Volo enim potius refractione quadam nostrorum publi/656/corum vulnerum dolere quam silentium apud te habere. Ut autem certior ex me fias quid agam quove in statu vitam meam in praesentiarum ducam, haec pauca accipe. Quam primum abs te discessi, Ferrariam (ut tibi dixi) applicui et me in domum clarissimi viri Guar[ini] tanquam in portum contuli. Dum autem pauculis commoratus fuissem diebus, peste urgente, ex Ferraria discessimus Rhodigiumque nos contulimus, ut pestem acerbam vitaremus. Sed de his satis. Ceterum Galeam mihi hanc provinciam dedit ut te certiolem facerem quemadmodum febre laboraveram. Is tamen nunc bene valet et admodum desiderat ut ipsum certiolem facias quid agas quidve acturus sis. Deinde uterque nostrum te vehementer rogat ut si quisquam e nostra patria habes nos certiores facies. Vale et me tuis litteris vise, quod mihi periocundum gratissimumque erit.

Iterum vale et diu sis felix.

21.

Lauro Querini al cardinal Bessarione

[s.d.]

Lauro Quirini scrive al cardinale Bessarione, il quale gli ha domandato del suo stato di salute; vorrebbe raggiungerlo a Roma, e si informa della situazione igienica della città, poiché nulla è tanto pericoloso quanto la peste; la lettera è citata da SEGARIZZI 1904, 12, n. 7 (qualificata come «d'argomento insignificante») e edita in MONFASANI 2011, 237-238.

Lau[rus] Qui[rinus] Bes[sarioni]^a car[dinali] Ni[ceno].

Etsi nihil habeo in praesentiarum ad te scribere dignum tuis auribus tuaque veneranda auctoritate, nactus tamen fidum tabellarium has ad te breviter exarare duxi, studens quoad mihi /657/ fieri poterit tuis obtemperare praeceptis. Iussisti enim iam dudum brevibus quidem tuis, sed humanissimis litteris ut saepius scriberem quo certior de valitudine mea fieres, praesertim in hoc tempore tam pericoloso. Qua de re ad te antea quoque scripsi, ut, si iudicabis istinc salubritatem aeris fore, me certiolem facias, quoniam nostri isti phisici timent magnopere ne aestate futura recrudescat pestis, quam

^a Bes.] Bis. *ms.*

omnibus modis fugere debemus. Quid enim magis fugiendum est quam pestis? Ubi vero vel commodius vel iocundius proficisci potero quam Romae prope te? Quod etsi huiusmodi causa etiam non erit, veniendum tamen mihi aliquando est, idest aestate nova. Expecto litteras tuas, quae me de omnibus erudiant. Interim tamen summo illi me commenda, nunc praesertim in tanta opportunitate, qui me vel iuste felicitare possent et tibi gratissimum omnium facere. Vacat enim (ut scis) et tractas is locus qui non advenam sed civem, sed ὁμόγλωσσοσ<σ>ον, sed utranque linguam callentem suo et recto iure postulat. Plura tibi scriberem, si alienum negotium tibi commendarem. Nunc vero «veteri proverbio utamur:^a acta ago».¹ Scio enim si humanitatem tuam Daphius^b in oculis habere eique studere omnia iusta et possibilia tuaeque digni/658/tati convenientia. Dii it<a>que omnes te mihi servent.

Vale felicissime et quidem diu.

22.

E. D. a L. V.

[s.d.]

Lo scrivente si rivolge a un amico di cui da tempo non aveva notizie; ha ricevuto una sua lettera, da cui apprende che quello si trova presso la curia di Roma; lo ringrazia per aver compiuto un ufficio in suo favore; da Venezia si rende disponibile a ricambiarlo; lo esorta a scrivergli ancora.

E. D. ad L. V.

Etsi multa mihi grata contingere possent, nihil tamen gratius tuis litteris proxime susceptis, tua innata et expolita eloquentia refertis, quae maiori me gaudio et hilari corde affecerunt, quam si magnum quicquam munus regium excepissem. Quibus multum et maxime comprehendi potest te officii amicitiae seditate semperque inservire atque continuo de amicorum statu quanquam longinqui sint perquirere. Amice facis quod etiam secus feci. Nam profecto Venetiis Paduaeque consortibus nostris de mutua amicitia nostra sermonem habui, exposcens si quicquam tui mihi intimare scirent. Nam

^a uetamur *ms*¹ : *corr. ms*².

^b Daphius *ms ut. vid.*: Daph<n>ium *Monfasani*.

¹ Cfr. Cic. *De amicitia* 85: «acta agimus, quod vetamur veteri proverbio».

neutiquam te conveniebam et ubinam gentium esses ignorabam, tamen nunquam ullum de te novum habui. Nam, etiam existens in hac dignitate quia mihi (si bene memoriae commendo) multotiens enarrasti fratrem tuum episcopatus dignitate **** *a fungi et pleraque saepe ac saepissime maxima cum instantia requisivi an illic habitares tandem omnia frustra fori. Quoniam ex tuis epistulis te denotas fuisse Romana in curia et porro dico tibi: mihi videris renatus. Nam te quem /659/ unum ex omnium amicorum numero delegi quemque amissum putavi, iterum nactus sum. Officium autem tuum quod mihi adeo pollicitus es, hic Venetiis benigne suscipio et maximas tibi ago gratias. Versa vice siquid hic possum quod tibi conducat, iube atque impera. Epistulas autem tuas ad memoriam nostri in conspectu meo in studio meo fixi. Unum hoc unum, mi lepidissime frater, rogo ut in ad me scribendo calamo ne indulgeas, ut quando quidem una esse non possumus attamen loqui creb<r>issimis litteris possumus.

Vale, mi frater, et te valere semper cupio nostrumque serva sub pectore amorem.

23.

Maffeo Vallaresso a Giovanni Sobota

[1438]

Maffeo Vallaresso scrive a Giovanni Sobota (Giovanni da Traù), il quale dopo molto gli ha finalmente indirizzato una lettera; lo invita a scrivergli di nuovo; Giovanni attende che Maffeo gli indirizzi uno scritto, ciò che Maffeo rifiuta di realizzare, sapendo che ne verrebbe fuori cosa da poco (cfr. epistole successive, III 24, 27, dalle quali si evincono elementi atti alla datazione del nucleo di lettere di Giovanni Sobota).

M[apheus Vallaressus] ad Io[hannem] Trag[uriensem].

Pristini tum amoris recordatio, tum tui experiendi voluntas, te summopere coegerunt ut id scribendi studium, quod relictum fore videbatur, peroptime reficeres redintegrasque penitus quod a te fuerat exorsum in me vero deficiens. Id enim adauctum fuisse concerno litterarum tuarum experimento, a me vero superiori tempore non scribendi negligentia aut tui oblivione, sed casu reipublicae

^a Graeca verba, propter incitiam scribentis deturpata, non leguntur.

fluctuantis plurimum diminutum, quod bono animo et singulari mea in te voluntate resarciam, dummodo tuae mihi litterae minime desint, quas ita iocundas accipio, ut tu ipsemet diiudicare potes. Quapropter da operam ut huic epistulae satis brevi ex utriusque nostrorum amoris condecens ac idonee respondeas. Quod si libeat /660/ ut arbitror egeris et mihi gratum persolves et amoris nostro tuas litteras videndi maxime cupido satisfacies. Reliquum est ut non expectes a me quod ego non sum praestaturus et maxime cum res non sit digna scriptis:

parturient montes, nascetur ridiculus mus.¹

Vale, dii te ament.

24.

Giovanni Sobota a Maffeo Vallaresso

[1438]

Giovanni Sobota comunica a Maffeo di averlo esortato a scrivere perché lui ottenga una giusta fama; Giovanni difatti non ha nulla di più caro dell'onore di Maffeo [1]; Barbone Morosini ha descritto a Giovanni l'evento di cui Maffeo, secondo Giovanni, dovrebbe scrivere: la spedizione della flotta veneziana, comandata da Pietro Loredan, lungo il Po, per attaccare il nemico [2]. Il riferimento è qui è all'armata navale inviata da Venezia nel 1438, al comando appunto di Pietro Loredan, lungo il Po, nel contesto delle guerre di Lombardia.

Io[hannes] Trag[uriensis] M[apheo] d[ilecto] salutem plurimam dicit.

[1] Heri vesperi, M[aphee] consultissime, litteras tuas luculentas sane summa cum voluptate lectitavi, quibus cognovi quod etiam te tacente mihi persuaseram me tibi esse carissimum. Hoc quidem nunquam destiti praedicare. Tua enim egregia ac prope divina in me humanitas in multis ac magnis rebus mihi cognita ac spectata est. In extrema ferme parte tuarum litterarum dicis rem illam militarem a tuis militibus superiori tempore gestam minime esse dignam ut litterarum monumentis abs te illustretur. Quare rogas me ne abs te petam id quod prestiturus non es. M[aphee] prestantissime, testor me nunquam te hortatum fuisse ad illam palaestram in qua (ut aiunt) et oleum et operam perdidisses,² sed ad illam ipsam quae etiam egregiae virtuti tuae

¹ HOR. *Ars poetica* 139.

² et oleum et operam perdidisses] cfr. PLAUT. *Poen.* 332: «Tum pol ego et oleum et operam perdididi».

esset dignissima et mihi voluptatem attulisset. Compertum habes, vir honestissime, tua dignitate atque splendore mihi nihil carius, /661/ nihil antiquius esse. Scis enim et fortunae et salutis et meae siquid honoris fuit te unicum et singulare praesidium mihi constituisse.

[2] Ornatissimus Bar[bonus] Maur[ocenus] ad me diligentissime scripsit decreto tui amplissimi patricii ordinis pulcherrimam et cunctis littoribus terribilem classem Kalendis Septembris in Padum navigasse ut hosti tuae reipublicae atrox et animosum bellum inferatur, ductu atque auspiciis providentissimi ducis Petri Laure[dani], cuius et invita virtus et rei militaris excellens peritia mihi spondet te propediem habiturum ut eius praeclara facinora digne monumentis tuis commendare poteris. Qua ex re, cum aliquid strenue aut magnifice gestum fuerit, illo tuo novo genere dicendi illaque tua pompa ac maiestate verborum illustrare velis, ut ego et cupiditate legendi res novas et auctoritate testimonii tui vivus perfruar. Quod si efficies, et dignitati et famae tuae (crede mihi) non parum gloriae addicies, mihi que pergratum erit. Reliquum est ut patriicis viris domino A[ndreae] Venerio et Cos[mae] Cont[areno] eloquentissimo et Zachariae Trivisano me commendes. Litteratissimo T. meis verbis salutem dic ipsumque hortare ut aliquid ipso dignum ad me scribat, praesertim si quid ille princeps Cal. egregie in suo amplissimo magistratu egerit. Vale Io. et Mart. virum optimum meo, nomine plurimum salvere iube.

25.

Leonino Brembato a G. A.

13 febbraio [s.a.]

Il mittente, da identificare plausibilmente in uno scolaro di Guarino da Verona, Leonino Brembato, di origine bergamasca (cfr. GUARINO DA VERONA 1919, 360), assicura un amico di avere interceduto per lui presso Guarino, il quale, non appena sarà ritornato a Ferrara, interverrà in suo favore presso Lionello d'Este.

/662/ Leo[ninus] Brem[batus] G. A. salutem dicit.

[1] Quantopere te diligam, amem, colam et summa observantia complectar, velim tu ipse diiudices, qui et legibus et optimo rerum iudicio potes pollesque. Quod, ut clarius appareat, nihil aliud in dies cogito. Ea etenim argumenta meae in te benivolentiae summi que amoris praestare vellem ut etiam

alii cognoscerent me non esse in vulgarium amicorum numero collocandum, modum siquidem excogitavi quo magnopere desiderem facta meis dictis exaequari. Conveni nanque Guar[inum] consiliumque meum sibi aperui et omnem rem demum sibi explicavi cepique postea ipsum orare, obsecrare, obtestari ut huic rei de qua sibi mentionem feceram auxilium praestaret operamque dare vellet ne meae preces parum in se ponderis habuisse viderentur.

[2] Is autem inquit: «meam diligentiam, operam, studium adhibebo et totis enitar viribus quo voti tui compos evadat. Et maturo», inquit, «opus est consilio ut hanc rem, quam tantopere desideras, in portum deducamus. Satius est enim ut expectes donec nos Ferrariam contulerimus. Nam, si cupias me ad illustrissimum principem dominum Leonellum scribere, non hoc pacto res se bene habebit quam si expectes ut Ferrariam vadamus. Tunc enim de hoc verba apud dominum Leonellum habebō. Nec dubito», inquit, «quin oratio quam coram habebō plus ponderis in se habebit quam si epistula factum narret. Habet enim nescio quid energiae /663/ viva vox, ut inquit Hieronymus,¹ “urget siquidem praesentia Turni”».²

[3] Quae cum audissem cepi ego inde mecum cogitare et rem ruminare. Et tandem mihi placuit digna viro sententia. Nunc autem, mi suavissime G., deus ipse nos bene sperare facit. Effecit enim ut pestis, quae Ferrariam depascebat, sedata sit et pristinus benignus aer hominibus redditus sit. Quod cum ita sit, cives qui in agrum Ferrariensem secesserant in praesentiarum revertuntur. Illustris marchio cum illustri eius coniuge et filiis totaque curia ad reginam suam revertitur. Hoc videns, dictus Guar[inus] statuit velle ad propriam domum reverti. Crastina etenim die bonis auspiciis ibimus. Navis viatico onerata est. Quamprimum fuerimus in propriis sedibus stimulabo Guar[inum] ut velit hanc rem diligenter narrare. Instabo, urgebo hominem omnesque vias temptabo ut, si fieri possit, et tibi et mihi satisfaciam. Quid in dies agam litteris meis te certiolem faciam, sed de his hactenus. Postremo velim ad me saepius scribas, etsi quicquam de regionibus nostris audis me certiolem oro facere. Quod itidem faciam si novum quicquam habebō. Cura valitudinem tuam et me ut soles ama. Commenda me domino Angelo ad quem litteras scribo, Francisco nostro meo nomine plurimam salutem dicito.

Iterum vale. Idibus Februarii.

¹ Cfr. HIER. *Commentarii in epistulas Paulinas Ad Galatas*, II 4,20: «Magnam siquidem vim habet vox viva: vox de auctoris sui ore resonans, quae illa pronuntiatione profertur atque distinguitur qua in hominis sui corde generata est».

² Cfr. VERG. *Aen.* IX 73: «urget praesentia Turni».

26.

Leonino Brembao ad Angelo Mi.

[s.d.]

Leonino Brembato scrive a un Angelo Mi., domandandosi se convenga indirizzargli una lettera in tono faceto oppure in tono severo; i ricordi dei momenti insieme trascorsi lo persuadono a essere brioso [1]; i tempi tristi, segnati dalla guerra, imporrebbero in realtà di esprimersi con gravità, per non apparire quasi dei folli; ma con l'amico Leonino può tuttavia esprimersi senza pudori; segue un riferimento a un episodio faceto (l'espressione è tuttavia oscura, per la precarietà in cui il testo è tradito); ricordando tale episodio Leonino non può che ridere a crepapelle [2].

/664/ Leo[ninus] Brem[batus] Ang[elo] Mi.

[1] Quod epistolae genus ad te scribam nescio. Nam cum duplex epistularum genus mihi offeratur, quorum unum iocundum quidem, alterum vero severum, quod capiam nescio. Scribamne severe? Sed quid severi nostrae iocunda consuetudo expetitur? In mentem etenim mihi veniunt illi dulcissimi convictus quibus adeo laeti vivebamus, ut caelestem nos in terris vitam degere arbitrarer. Aderant sales lepidi et sermones variis, conditi factiis, quibus adeo demulcebar ut omnes insulas Macharias et campos Elisios prae eorum suavitate nihil existimarem. Quid commemorem ficos Titulianos? Quid †pinelam†, quae omnes odores Sabeos, et quicquid dives Assyria mittit, vincebar?^a Quidni? Immo ambrosiam et nectar deorum poculum (ut poetae ferunt) facile superabar.^b Iovem equidem nimis demiror, qui ab his poculisque utitur divinis hoc uno cibo poculoque non uti omnibus qui praestat. Haec sunt in causa, mi Angele suavissime, quare severam epistulam ad te scribere in praesentiarum omittam.

[2] Sed nec huiusce tempestatis clades me facetum et iocosum esse sinunt. Quid enim aliud mihi offertur nisi bellum, rapinae, incendia et patriae vastitas, ut, cum naturam meam facetam sequi cupiam, calamus ipse bella praesentiens reformidet, ne decorum non sequi dicatur. Tempus enim triste verba temporis accommodata desiderat. Nam, si quis in miseria constitutus laetas res scriberet, nonne /665/ vel temeritatis vel non sanae mentis nomine insimularetur? Sed tamen omnem vincet amicitia nostra pudorem. Nihil etenim grave vel severum in praesentiarum ad te scribam. Quicquid

^a vincebar *ms* : *expectes* vincebat.

^b superabar *ms* : *expectes* superabat.

in buccam venerit, id demum scribam. Si quid somniavero de ipso te certiore faciam, ut tu coniectorum princeps mihi somnia exponas. Si nihil habeo quo scribendi argumentum accipere possim, aliquid effingam, ut vigilans somniare videar. Summam etenim argumentum dicendi a *****^a Zovaninae quibus vel quorum ipse fatigaretur. O quam duram provinciam G. assumeret si in illa *****^b versaretur. Nauseam enim bibere malim quam illam. Quid plura? Nunquam diem illam mente revolvo quin cachinno diffundar splen^c prae nimio risu tumescit, oculi stillant, adeo ut si quispiam rei ignarus me videret vel fumosum vel insanum iudicaret. Sed diu lusimus. Nunc pauca seria restringamus. Hoc autem tibi persuadeas velim, mi Angele, me tuum esse quovis iure. Quicquid enim potero tuae dictioni subiectum erit quam ob rem te vehementer oro ut contentus sis tuorum amicorum catalogo connumerare. Quod si feceris dabo operam ut in te amando nemini cedam.

Vale et me tibi commenda.

27.

Barbone Morosini a Giovanni Sobota

[1438]

Barbone Morosini scrive a Giovanni Sobota; da tempo questi non gli fa avere sue nuove; il Morosini lo invita a rompere il lungo silenzio [1]; il comandante Leonardo Loredan è partito con un flotta potentissima contro il nemico [2]; è fuggito da Padova causa la peste, la quale imperversa in molte città; chiede a Giovanni di inviargli una fantesca (pedisequa), oppure un giovane servitore [3]. Anche la presenza della peste (oltre agli elementi indicati sopra, cfr. epistola III, 24) induce a datare le lettere di Giovanni Sobota al 1438, anno in cui la peste è segnalata in alcune delle città menzionate nella presente epistola.

Bar[bonus] Maur[ocenus] Io[hanni] Trag[uriensi].

[1] Etsi ex quo habes nullam a te epistulam ceperim cui nunc /666/ responsione mea opus sit, has tamen ad te scribo, ut intelligas nullam absentiam, nullam locorum distantiam, nullum temporum intervallum, nullam

^a *Graeca verba, propter incitiam scribentis deturpata, non leguntur.*

^b *sicut supra.*

^c splen] splem *ms.*

denique rem tui memoriam mihi delere atque offuscare posse. Tanta enim benivolentia ac potius pietate tibi afficior, ut non modo tui recordatio e me excedere possit, sed cum te ac tabellis tuis diu iam privatus extiterim, vitam ferme acerbam ducam. Nec possem non mirari tarditatem tuam in scribendo, nisi tuus in me amor ita mihi quidem prospectus esset, ut id nulla oblivione nullaque segnitie paratum arbitrari possim, sed tuis potius curis familiaribusque negotiis accipisse diiudicem. Satis tamen ac satis tuas molitus es, rumpe nunc diuturnum silentium tuum, etsi tuis forte rebus praepeditus litteras scribere nequeas, litteram saltem quae minimum otii exquirat ad me quaeso mittas. Nam si tuum aliquid videro tuam absentiam qua opprimor interdum minus acerbe minusque moleste feram.

[2] Ego quid ad te de republica nostra ac de me ipso scribam nescio. Cum enim res prima nostra in nonnullas calamitates non dicam venerit, sed casu quodam inciderit, lugendum potius quam scribendum aliquid existimo. Verum id speramus atque magna ope molimur, ut nos et socii nostri antiquum otium cum dignitate potiamur. Fortunatissimus ac peritissimus dux ille Petrus Laur[edanus] /667/ cum summa ac potentissima classe Kalendis Septembris e civitate ista ad hostes debellandos accessit. Ipsum, Deo favente, eum fore speramus, qui sua virtute suaque felicitate et patriam pristina dignitate et nos omnes summa pace condonabit.

[3] De me vero nihil scribendum est, nisi ut scias me ex Patavina ad Venetam hanc urbem, pestifero morbo perterritum, adventassem. Afficitur enim peste Padua in hunc usque diem, Verona ingentius, Vincentia et Tarvisium, Ferrara, Bononia et oppida alia quam plura. Quia muneribus tuis maxime oblector, te magnopere rogo ut pedisequam aliquam, de qua saepius coram verba habuimus, ad me mittas. Puerum etiam aliquem libentissime acciperem. Nam, cum alios inductos continuo amiserim, nunc iterum experiendum est an sit alter qui dono a me pannos accipere velit. Quod, si utrosque a me transmiseris, rem mihi non parum gratissimam efficies. Libenter quidem utor opera tua, quod me non praeterit omnia mei causa te libentissime paratum. Si quid vero tui gratia hic me facere posse cognoscis, id, si tamen monueris, omni industria tibi perfectum reddam.

Vale.

28.

Giovanni Sobota a Barbone Morosini

[1438]

Giovanni Sobota risponde alla precedente di Barbone Morosini; egli ha inviato sì a Barbone una lettera, che evidentemente è andata perduta; si rallegra per la notizia relativa alla flotta guidata dal Loredan; provvederà a procurare una fantesca, oppure un giovane servitore.

Io[hannes] Trag[uriensis] Bar[bono] Maur[oceno].

[1] Heri vesperi litteras tuas amoris plenas accepi, quibus /668/ diurnum meum silentium magis humane quam acriter accusare videris, quod, postquam ex Italia Dalmatiam navigaverim, nihil litterarum ad te dederim. Ego sane in hoc de quo me accusas culpa careo. Litteras enim cum litteris M[aphei] V[alaressi] superiori die bis, si recte memoria teneo, ad te scripsi. Quare tibi non fuisse oblatas non parum commoveor. Dii itaque ipsos malis exemplis perdant. Quod autem scribis providentissimum ducem Petrum Lauredanum cum inclita classe Kalendis Septembris in Padum navigasse ut hosti tuae rei publicae bellum animosum inferatur, iuncta sane virtus illius magnifici ducis, qui tuae classi praest, mihi persuadet hosti tuae reipublicae magis opus fore scuto quam ense. Ut opinio mea fert, haec ingens classis toti Italiae libertatem perpetuam allatura est.

[2] Quod autem scribis ut pedisequam vel puerum unum tibi comperiam, crede mihi, quantum in me studii diligentiae laborisve erit dabo operam, ut voluntati tuae morem geram. Tu interim, vir humanissime, ad me de omnibus quae apud vos aguntur diligentissime scribas. Ea enim certissima iudicabo quae abs te audiero. De his rebus loquor, quae salvo honore salvaque dignitate tua dici possunt. Quidve illi Graeculi cum maximo pontifice fecerint perlubens audirem. Insigni viro fratri tuo me commenda.

Vale.

29.

Ermolao De. a Fantino Vallarezzo

5 maggio [1432?]

Lo scrivente comunica a Fantino Vallarezzo di aver saputo dell'incidente occorso a Fantino stesso: la nave su cui questi viaggiava, ormai raggiunta Venezia, ha urtato il ponte di Rialto; Fantino è rimasto ferito; lo scrivente lo invita a sopportare l'evento con pazienza [1]; cognato e fratello dello scrivente hanno visitato Fantino; questi ha sostenuto lo scrivente presso il patriziato (di Venezia), in modo che un difficile incarico gli sia rinnovato; fa cenno alla liberazione di re Renato (Renato d'Angiò? Questi fu prigioniero di Filippo il Buono nel 1431 e ottenne libertà l'anno successivo) [2]; accenna a una controversia nella quale è implicato Fantino; si augura di rivederlo presto di persona [3].

/669/ Her[molau] De. Fan[tino] Val[arezzo] ar[chiepiscopo] Cre[thensi].

[1] Priusquam litteras tuas ad me novissime delatas acciperem, nescio quo rumore mihi nuntiatum est te cum principe nostro redeuntem ad Austriae duce<m>, cui obviam cum ducali nave processeras, fere in tranquillo portu naufragium fecisse. Quam inopinatam rem, dum apertius intelligendo statuisssem, percepi memoratam navem, rapido nimium aquarum cursu reductam, Rivalentinum pontem percussisse, exinde aurea vexilla concidisse. Tegmina navis confracta sunt, quorum velamento, dum securus astares, in capite ab irruente ligno vulneratus es. Quantum igitur mihi doloris casus iste repentinus attulerit silentio praeteream, cum pro necessitudine nostra et reverentia quam tibi infixam habeo tu ipse cogitare poteris. Ego enim, tanquam carissimi patris filius, non secus cordi †memores†^a tuos quam mea detrimenta sustineo. Verum, cum nuper te solum nil tale cogitantem inter medias nobilium catervas sedentem sortem miserit dominus ipsam, tua invictissima illa constantia patienter tolerabis, sicque destinatum tibi desuper calicem suscipies in retributionem probatae virtutis tuae, longe maiora aliis merita possidebis.

[2] Veniam autem ad ea quae in litterarum tuarum responsionem dicenda habeo. Congratulatus non mediocriter sum te visitationes cognati et germani mei gratas habuisse. Ipsos etenim viros qui de /670/ integritate et disciplina tua recte sentiunt adeo consolatus es, ut mihi de sollicitudine nuntiandi accessum tuum etiam gratias uberrimas rettulerint. Plenus igitur sum gratiarum ex utroque latere, cum illi de te oblectamen maximum perceperint, tu ab

^a memores *ms corruptum videtur* : fortasse maerores *corr.*

illis humanitatis officium. Quid vero de laboribus meis quotidianis apud viros illos patricos explicaveris certum habeo, et quanquam ex publicis litteris omnia quae in dies operantur facile satis concipere possim, tu tamen in assiduitatis meae laudes aperto et accumulato sermone, quae forte obscura erant, tua in me caritate lucidius declarasti. Quam ob rem accensus prius multorum animos ad confirmandam mihi provinciam duram vehementius excitare potuisti. Sed quid de his rebus hactenus censendum sit in futurum iudicabis. Ego enim soluta peregrinatione mare turbidum quasi modo caecus ingredior. Persistit ille quem noscis et in media luce tenebras appetit cumque ad veritatem aequa ratione compellitur sperare magis quam timere videtur. Nescio igitur quid ad perficendum tanti ponderis operam facturum sim, nisi de sursum nobis optata praeparentur auxilia, quae tamen expectanda sunt, si continuas et laudes et orationes pro impetranda pace dicemus. Regem Renatum prout etiam credis confluentibus /671/ undique litteris ex certo liberatum sentimus.

[3] Postremo de privata re tua in dies melius sentio, et mea quidem sententia a principe nostro sane iudicabam habuisti, nec minus de futuro sperandum est. Laudo si cum adversario tuo foedus honestum inire poteris, id non deseras. Dominum Tarvisinum super hac re quidem allocutus sum, qui, ut asseruit licentiam a domino nostro impetrasse tibi, scripsit ut et difficultatem istam tuo nutu componas et usque ad valitudinem tuam recte curandam patriam non relinques. Ego tuum caput solidum videre desidero, quo superstita cetera salva membra servantur. Zachariam communem fratrem nostrum salvere iubebis.

Vale et me ames mutuo amore. Nonas Maias.

30.

N. N. a N. N.

[s.d.]

Per confermare un vincolo di amicizia, lo scrivente è disposto a conciliarsi con il fratello del destinatario.

Ego te mihi semper amicum esse volui, me ut tibi amicissimum esse intelligeres laboravi. Maneo in voluntate, quo advoles tu permanebo, citiusque amore tui fratrem tuum odisse desinam quam illius odio quicquam de nostra benivolentia detraham et cetera.

31.

N. N. a N. N.
[s.d.]

Chi scrive dice di aver difeso con grande autorevolezza presso il senato un Antonio.

Ego autem meis rebus gestis hoc sum assecutus, ut bonum nomen existimer, demum tuam atque aedificationem omnem perspexi et vehementer probavi Antonium, etsi eius in me officia omnes desiderant, tamen in senatu gravissime ac di/672/ligentissime defendi senatumque vehementer oratione mea atque auctoritate commovi. Tu ad me velim scribas litteras crebrius mittas et cetera.

32.

N. N. a N. N.
[s.d.]

Lo scrivente chiede che il destinatario gli comunichi se ha intenzione di assumere una causa, ovvero di procrastinarla.

His de rebus quid acturus sis, si tibi non est molestum, rescribas mihi velim. Si enim suscipis causam, conficiam commendatarios rerum omnium, sin autem differs me in tempus aliud coram te loquar. Tu interea non cessabis et ea quae habes instituta perpolies nosque diliges.

33.

Marco Giusto a Fantino Vallarezzo

[maggio 1440]

Marco Giusto da Creta scrive a Fantino, di cui è atteso l'arrivo nella diocesi; Fantino ha scritto al vescovo di Cisamo (in Creta); questi ha riferito a sua volta a Marco Giusto che Fantino si è adoperato affinché a Marco sia conferito l'incarico di tesoriere (thesauraria Cretensis); Fantino aveva già apertamente scritto al proprio vicario, il vescovo di Milopotamo, di avere ottenuto dal pontefice la concessione di tale riconoscimento (edita da PERI 1983, 66).

M[arcus] Ius[tus] Fan[tino] Val[aresso] ar[chiepiscopo] Cre[tensi].

Presbiter Hemmanuel canonicus tuus et frater meus hac hora fecit ut non nihil ad te litterarum darem cum protinus nihil ad te scribere decrevissem. Communi enim omnium opinione te prope diem expectabimus atque hoc quod facio magis ut eius morem gererem voluntati praestiti, quam quod sentirem tam tardum tuum ad nos adventum expectatissimum fore. Superioribus diebus, reverende pater, ad te nonnullas litteras scripseram, quibus pro tempore gratias egeram tuae reverendae paternitati, non eas quidem quas debui, verum quas potui. Neque enim ulla dicendi aut ratione aut copia fieri posse existimo, ut non dico omnibus tuis amplissimis gratia me meritis,^a sed eorum vel minime parti satisfacere possim. Scripsisti enim reverendo patri electo Chisamensi ut tuis verbis patri meo et mihi diceret tuam reverendam paternitatem data opera quaesisse ut mihi filio tuo et minimo servitori, quem semper unice dilexeras, thesauraria Cre/673/tensis conferretur. Illam vero iam tandem mihi tuo munere ac studio a summo omnium patre concessam ad reverendum patrem Milopotamensem, tuum vicarium dignissimum, tuis litteris nedum significaras sed aperte declararas. Ego vero tanto munere gratias hoc tempore agere praetermittere statui, quas ingentes habeo et maiores ad tuum felicissimum adventum distuli. Vereor enim, ne si hac hora gratias agere vellem, cum multa dicere gestirem, multo plura praetermitterem. Nunc vale felix et vive diu cum mihi tum tuae quam multum diligis ecclesiae Cretensi.

34.

Marco Giusto a Fantino Vallarezzo

8 marzo [1440]

Marco Giusto descrive a Fantino Vallarezzo la straordinaria disponibilità che i greco-ortodossi manifestano nei confronti del decreto conciliare; essi attendono la legazione di Fantino, così come i Cartaginesi hanno atteso l'arrivo di Annibale, gli Spartani quello di Epaminonda, gli Ateniesi quello di Temistocle; Fantino avrà gran lode dalla legazione, eppure ciò non avverrà senza offesa, perché altri ne avranno vanto, mentre solo ai padri conciliari spetta il trionfo; ma se Fantino con la sua legazione non provvederà ad assicurare la situazione, c'è il pericolo che i greci ritornino all'antico errore [1]; lo ringrazia per quanto ha fatto in suo favore e soprattutto per essersi adoperato a conferirgli la dignità di tesoriere [2] (edita da PERI 1983, 64-65).

Fantino Vallarezzo summo archiepiscopo Cretensi,
 Marcus Iustus cum felicitate salutem.

^a meritis] metitis *ms.*

[1] Putaresne unquam pater amplissime Graecos nostros tanta pietate sacratissimi concilii sanctissimum decretum persecuturos fuisse? Quanta vero benivolentia rem hanc prosequantur vel ex hac re cognoscere poteris. In tanta enim expectatione tuae legationis adventus est, ut non eos existimes qui annos fere quingentos Graeca levitate a nostra ecclesia et veritate abscissi fuerant. Neque enim unquam suum Hannibalem nobilis illa Carthago victorem tanto studio expectavit, aut Epaminundam magnum illum virum Lacedemoniorum respublica, vel suum Themistoclem Athenarum clarissima civitas. Deus tamen id faciat aut Graeci nescio. Ego vero te ex hac legatione amplissima laudis atque gloriae insignia consecuturum, et tamen id, si contigerit, iniuria fore arbi/674/tror. Nam illi ab his hostibus quos videmus domum victoriam reportabant. Vos vero huius Concilii sanctissimi patres de antiquo hoste victoriam ducitis atque triumphum, qui tot annos sub iugo et tenebris caecam Graeciam tenuit. Nisi tamen tua ista insigni legatione tantam rem firmes, vereor ne Graeci, sive levitate, sive hostis insidiis, ad errorem pristinum dilabantur, quod tu, pastor bone, si ecclesiam, si pacem, si fidem, si pietatem, si te ipsum amas fugere debes. Verum dicam licet quod sentio, aut id sero magis quam putabamus aut cum honoris accessione praestabis. Sed tui Cretenses te maxime rogant ut quantaecumque tibi dignitatum accessiones futurae sint, ne tuae quam semper amasti ecclesiae Cretensis obliviscare, cui maximo decori et ornamento fuisti.

[2] Quod domino electo scripsisti ut ille tuis verbis patri meo et mihi diceret tuam dominationem curare ut nobis thesauraria Cretensis tribuatur, equidem laetor magis quam miror. Nam qui me puerum amasti adolescentem, honestissimis litterarum studiis decorasti, cum tu facile quovis honore illustrare potes. Verum negare non possumus singulari nos laetitia affici, ut ceteri quoque vel ex hoc ipso quanta sit tanti patris et viri gratia me benivolentia cognoscant. Ego vero etsi multarum rerum beatarum tantum munus aequo animo accepero, tamen vel hoc maxime quod a tanto viro cuiquam tribuitur id mihi sua sententia tributum arbitrabor. Nam is mihi /675/ tandem verus honos videri solet qui a maximo viro cuiquam tribuitur. Et quanvis nihil aut sero aut exigue ipsi conferre quispiam possit de quo se benemeritum constet, tamen adeo grande tuum hoc munus censemus, pater amplissime, ut nec ipsa fere cogitatione rem tam maturam persecuti simus. Et quanvis tuus magis quam meus sim, ingentes tamen ago gratias habeoque multo maiores. Nam referre non possem nisi ut multis me donasti, sic quoque mecum in hac re convenias^a

^a conveniant *ms*¹ : *corr. ms*².

id esse tibi referre gratias, si continuo rem istam memoria tenebo. Hoc tamen interim adeo velimus ut tibi aliquando Petri illius beatissimi successorem esse contingeret. Quae res quanto emolumento foret ecclesiae domini nostri Iesu Christi ipsi scire possunt qui te cognoscunt. Tu interim spes nostra simul et lux vale tuaeque Cretensis ecclesiae ut facis esto memor, etsi vis et iam nostri.

VIII Idus Martias.

35.

Giovanni Sobota a Maffeo Vallaresso

15 luglio [1435]

Giovanni Sobota comunica a Maffeo Vallaresso di sapere che questi a Padova si è prudentemente tenuto a distanza da eventi assai turbolenti, salvaguardandosi a favore della patria, dei parenti e degli amici; Maffeo gli ha scritto che l'entourage dei letterati, un tempo così florido, è ora abbattuto; gli chiede notizie di Marco Donà e lo prega di salutare il giureconsulto Andrea Venier.

Io[hannes] Trag[uriensis] suo suavissimo M[apheo] V[allaresso] salutem.

[1] Heri vesperi humanissimae tuae litterae mihi oblatae fuerunt, quas sane tanta cum voluptate lectitavi, ut, etsi ea tempestate febris dolore aliquantisper commoverer, lectis tamen tuis suavissimis litteris non parum ex illo maerore me vendicavi. Quod autem scribis te magna /676/ laetitia affectum quod Tragurium diis continue secundis venerim, id crede mihi ob singularem tuam in me humanitatem etiam te tacente mihi persuasum erat. Ego vero et tibi absenti congratulor et mihi ipsi gaudeo ac serio triumpho. Cum intellexi te ab illis turbulentissimis Patavinis rebus abesse nec salutem tuam illis gravissimis periculis obiectare (scis enim me saepenumero crebro sermone usurpare), te non solum tibi natum esse, verum et patriae, parentibus et amicis, pluribus verbis te hortarer ut in hac sententia persisteres, nisi pro tua innata prudentia confiderem te ita facturum, ut fortem virum decet.

[2] Scribis etiam rem nostram totumque litterarum ordinem diruptum ac prostratum esse, qui superiori tempore adeo florentissimus erat, ut ad eius maiestatem gloriam ac dignitatem nihil addi posse videbatur. Dabit Deus his quoque finem. Scribis etiam plures ex nostra disciplina viros illo execrando morbo esse consumptos, sed eos non nominas, qua ex re perlubens nomina eorum scire vellem. Reliquum est ut mihi significes quo in loco sit

eloquentissimus M[arcus] Donato ceterique illi patricii viri. Clarissimum iurisconsultum dominum Andream Ven[erium] scio Venetiis in praesentiarum esse, cui si me diligentissime commendabis mihi pergratum erit. Vale tu qui legis et ama me mutuo amore.

Die X et quinta Iulii.

36.

Giovanni Sobota a Maffeo Vallaresso

27/28 febbraio [s.a.]

Da Venezia Giovanni Sobota comunica a Maffeo Vallaresso di aver ammirato la sfilata del senato veneziano.

/677/ Io[hannes] Sobotae hones[to] M[apheo] V[alaresso] salutem.

Pompa nuptialis clarissimi tui senatus tantae amplitudinis ac maiestatis mihi visa est, ut, si caelum ac pulchritudinem beatorum contempleris, nescio si ibi quicquam illustrius comperies. Qua ex re, M[aphee] suavissime, ut opinio mea fert, nullius nec laudatione nec vituperatione indigere videtur. Qua ex re optimam in partem accipies, hoc meum silentium iure honestum facies satis certo scio pro innata tua in me humanitate. Vale et disertissimo viro Vit. L. meis verbis salutem dic.

Kalendas III Martii. Ex civitate.

37.

Giovanni Sobota a Maffeo Vallaresso

[1443]

Giovanni Sobota chiede a Maffeo Vallaresso che il giureconsulto Giovanni da Prato (cioè Giovanni Bovacchiesi) aggiunga un parere a quello già datogli da Francesco Capodilista; chiede inoltre che gli sia inviato il discorso tenuto da un giovane oratore (Lauro Quirini) per la morte di Gattamelata.

Idem ad eundem.

Superiori die cuidam de Campolongo commisi ut meis verbis te exoraret, disertissimus iurisconsultus Iohannes de Prato, ut aliquid ipso dignum adderet ad subtile consilium Francisci de Capitibuslistae. Pecuniam etiam miseram. Nihil postea certi habui. Quare, si homo ille ad te venerat, me certum facias. Reliquum est ut luculentam illam oratiunculam ad me mittas quam ex pergamo ille adolescens habuit in funere fortissimi ac audacissimi ducis Gatemelatae, quam si ad me per latorem praesentium dabis, veluti excellens munus deorum ipsam suscipiam.

Vale.

38.

Giovanni Sobota a Maffeo Vallaresso

[1436-1438]

Giovanni Sobota si rivolge a Maffeo Vallaresso per riceverne un grande aiuto; Maffeo di ciò incolpi la sua stessa grande umanità, la quale rende Giovanni così audace; il giureconsulto Angelo da Castro nei giorni precedenti ha dato un suo parere in una causa dibattuta a Traù; Giovanni vorrebbe avere quel parere, e Maffeo, avendo un grande ascendente su Angelo, lo può ottenere, e può farglielo avere per tramite del latore della presente lettera.

Idem ad eundem.

Singularis ac prope divina tua in me humanitas, vir /678/ ornatissime, tantum de te mihi pollicetur quantum de me mihi polliceri soleo, meque hortatur ut tibi magis imperem quam te exorem. Qua ex re, si temeritati mihi hoc imputes, humanitas tua et obiurganda et accusanda erit, quae mihi tantam audaciam tribuit. Etsi saepenumero et opera et diligentia tua mirifice usus sim, hac tempestate vero et armis et viribus et nervis tuis utendum est. Te ad hanc rem conficiendam ducem et patronum animosissimum esse vellem. Angelus de Castro iurisconsultus superiori die consuluit in quadam causa Trag[urii]. Copiam illius consilii perlubens habere vellem. Magna auctoritas tua est apud Angelum et tanta quidem ut maior esse non potest nec quicquam tibi denegare audeat. Profecto, si copiam illius consilii tuo nomine et caute accipies latorique praesentium dabis, Darii sane regis opes me superasse putabo.

Vale.

39.

Giovanni Sobota a Maffeo Vallaresso

4 luglio [1438 o 1442]

Giovanni Sobota scrive a Maffeo Vallaresso per comunicargli di aver trovato a Venezia un giovane servitore di Maffeo, e di averlo affidato allo zio di Maffeo, Zaccaria; il ragazzo, pur se di ingegno alquanto ottuso, per fuggire ha usato uno stratagemma intelligente, che Maffeo conoscerà dal ragazzo stesso, quando questi tornerà da lui; era fuggito causa le offese subite da alcune domestiche.

Idem ad eundem.

Satis certo scio, humanissime Maphee, Ia[cobum] fratrem tuum ad te scripsisse quo pacto puerum tuum profuguum Venetiis comperi, quem continue senatorio viro domino Zachariae patruo tuo tradidi. Cogitans sane diligentius mecum pueri barbari ingenium multiplex ac tortuosum, non possum satis non mirari mea ex sententia /679/ quadam egregia vafritia, dum abs te aufugeret, usus est. Ex eo, cum ad te veniet, cognoscere poteris. Ab eo tamen percepi lacesitum iniuriis ancillarum domesticarum abs te per fugisse. Reliquum est ut omnibus nostris me commendes. N. Col. meis verbis salutem dic. Fac ut aliquid te dignum ad me scribas, praesertim de salute urbis. Ex litteris percipies qui sim, sic enim ad familiares scribo.

III Nonas Quintilis.

40.

Giovanni Sobota a Maffeo Vallaresso

31 agosto [1438]

Dall'ultima lettera di Maffeo Vallaresso, Giovanni Sobota ha saputo che in Padova c'è ancora la peste, ma che per fortuna i suoi domestici e i suoi compagni sono salvi; è felice di sapere che la sua raccomandazione è stata gradita da Andrea Venier; a lui invierà, non appena possibile, una corniola con incisa l'effigie della morte; il padre di Maffeo, pretore di Traù, ama ascoltare quanto Maffeo scrive a Giovanni: dunque Maffeo scriva più spesso [1]; nulla di più caro a Giovanni che ricevere notizie dall'Italia, soprattutto relative al Gattamelata e alla sua virtù che ha fruttato una grande vittoria [2].

Idem ad eundem.

[1] Maxima laetitia affectus fui, M[aphee] suavissime, ex iocundissimis tuis litteris, quas hisce diebus veluti quodam excellens munus deorum suscepi, quibus scribis Patavinam urbem adhuc pestifero sidere commoveri, nullum tamen ex domesticis sociis<que> meis hoc morbo occubuisse, qua ex re diis gratias habeo. Quod autem scribis senatorio viro domino Andreae Ve[nerio] meam commendationem pergratam fuisse, hoc profecto semper praedicavi me sibi gratissimum esse. Corniolam in qua mortis effigies sculpta sit citius quoad potero comparatam ad ipsum mittam. Haec de his. Hoc unum te, Ma[phee] praestantissime, nolo latere. Patri tuo nostro praetori clarissimo litteras quas ad me scribis tantae voluptati esse ut nihil supra, meque saepe numero solet exorare ut cum litteris meis te ad scribendum /680/ excitem. Qua ex re, si patrem tuum magna voluptate explere vis, saepius illo tuo stilo litterali ad me scribas.

[2] Mihi etiam tuis litteris nihil iocundius ex Italia afferri potest, praesertim si ad me scribes quo pacto animosissimus Gatamelata sua egregia virtute ac suo ductu nobis excellentem victoriam peperit, quae nobis maximae voluptati esse debet, hostibus vero ad aeternum terrorem. Reliquum est ut clarissimo viro domino Zachariae patruo tuo me diligentissime commendare velis, praestantissimo etiam iurisconsulto domino An[draeae] Venerio. De incolumitate etiam Patavinae urbis si ad me diligentissime scribes mihi pergratum erit quidve in hac re in futurum sperandum sit. Vale et incolumitati tuae servias in qua et mea est.

Pridie Kalendas Septembris.

41.

Antonio Panormita a Poggio Bracciolini

[s.d.]

Escerto di una lettera di Antonio Panormita a Poggio Bracciolini; la lettera è stata più volte edita, almeno a cominciare da POGGIO 1513, f. 132, e poi ristampata molte altre volte (ad es. in PANORMITA 1791, 47-53).

An[tonius] Pa[normita] Pog[gio] Flo[rentino] salutem.

Epistolae tuae quae veterem sane et antiquum illum eloquentiae Romanae morem prae ceteris mea sententia exprimunt ad me ut iusseras perlatae sunt. Ea iam, etiamsi auctorem obticuissem, abs te mihi pro quadam

singulari earum elegantia perfectas animadverterim. Habent enim epistulae tuae nescio quid excelsum, suave, acrum, opulentum, grave atque ea quidem insigniter ut qui tuas illas esse dubitarit? Et cetera.

Postquam alteras ad te scripseram tuae et graves et or/681/natae redditae mihi sunt, quae eo accumulatiores venerunt quo etiam comitem habuerunt. Libellum vere ΕΡΜΑΦΡΟΔΙΤΟΣ^a adeo prudenter et polite conscriptus est ut sane Mercurio iuncta venustas videatur. Quod et ipsum Graece sapit vocabulum, et cetera.

Vale decus nostrum et me, ut facis, ama. Ego enim te diligo, te observo, te admiror et quidem quam maxime possum. Iterum vale nec me fraudes oro voluptate ac vice tuarum epistularum quae, ut in initio dixi, praeceteris gratae iocundae et verae romanae mihi visae sunt. Datum et cetera, quam cursim. Scribam post haec ad acerimum et pereloquentem virum N. de Malg. si modo festinantis atque alacris huius nuncii ratio permiserit; sin minus quam primum per alium tutum in omnem eventum. Ex me illi salve dicas desiderium sitis et torculum.

A[tonii] Pa[normitae] avetote.

42.

Girolamo a Sy.

[s.d.]

Un Girolamo indirizza il suo saluto a un Sy., che si augura di poter presto incontrare, anche a Venezia, dove volentieri giungerebbe, pur tra i pericoli, per tenere fede alla sua promessa; gli raccomanda di salutare la famiglia Vallarezzo.

Hier[onimus] Sy. salutem.

Audivi te in languorem incidisse, quod mihi summam molestiam attulit. Cura valitudinem tuam, suavissime mi Sy., cuius probitas sic fuit mihi in meis adversitatibus iucunda, ut nihil in terris te uno carius dixerim. Non diu abero a te si fata volent. Cupio Venetiis te videre, postquam reditus ad Kalendas Octobris differtur. Fidem tanti facio, ut in barbarie pro redimendo pignore fidei Venetiis usque /682/ redierim, non sine magno capitis

^a ΕΡΜΑΦΡΟΔΙΤΟΣ] ERMAGMTOF *ms.*

discrimine. Domino reverendo archiepiscopo commendabis me mirum in modum, item et domino G. ceterisque Vallaressis, quibus semper obligor pro singulari liberalitate quam in me ostenderunt.

Vale et cura ut te valentem inveniam.

43.

Girolamo a Sy.

[s.d.]

Il medesimo Girolamo dell'epistola precedente dice al medesimo Sy. che la lettera da questi inviata gli lo ha fatto molto divertire; Sy. a Venezia è angustiato dalla solitudine; ma Girolamo sta assai peggio, specie da quando Sy. se ne è andato [1]; i barbari che lo circondano lo disprezzano, auspica di poter tornare presso la curia dell'arcivescovo M(affeo) Vallarezzo; ma attende anche il ritorno dell'amico, di cui però non condivide le critiche rivolte a quanti celebrano il buon vino: esso infatti libera l'animo dagli affanni, come anche suggerisce Orazio [2]; se Çufanaro e Barissovich (due amici?) tanto esperti di medicina, condividono il piacere del vino, vuol dire che non ci sono controindicazioni in merito; è invece riprovevole la misantropia di Timone Ateniese, così come raccontata nella Vita di Marco Antonio [3].

Idem ad eundem.

[1] *Salvus sis tu qui me salvum esse cupis. Epistola tua plena facetiis mihi non parum risus afferre potuit. Etenim, quid suavius, quid dulcius audire queo quam Sy. mecum loquentem? Cuius benivolentia, fides et observantia satis in me nota est. Scribis te ipsum solitudine torqueri, qui Venetiis vivens incredibili paene hominum multitudine singulis horis offendi soles. An fortasse deest tibi gravissima nostrorum maiorum consuetudo, quibuscum quotidie loquens, dum eorum scripta disertissima perlegis, vulgus (ut ita dixerim) profanissimum asperneris? An ideo te solum esse putas quod eius aspectu et colloquio cariturus sis hoc tempore quem tu partem animae appellare consuevisti? Sed quid agam infelix, qui veram et quidem acerbissimam solitudinem postquam a te discessi nactus sum? Nequeo plane tam fortis et constans videri, quin vehementer commovear et angar cum verum miserrimus ad im/683/manes barbaros reditus sim, quorum neque sermone neque praesentia cum voluptate frui valeo.*

[2] *Nam, idem qui se proceres vocari volunt, sic me torvis oculis intuentur, ut nutu et oratione sibi me infestissimum dicere audeant. Quoniam illius*

partes secutus videor quem ipsi – modo facultas daretur – crudeliter multare cuperent, omnia mihi adempta sunt solacia, quibus antea dolores animi levare solitus sum. Nunquid ad curiam reverendissimi domini M[apehi] archiepiscopi me conferam, ubi curas sollicitudinesque deponam? Nunquid benignissimi principis favore utar, cuius clipeo adversariorum ictus excipere poteram? Haec si mihi non reddantur, quid est quod in hac terra ulterius me commorari faciat? Illud sane Virgilianum^a saepenumero mecum reputo:

heu fuge crudeles terram fuge litus avarum.¹

Crede, mi Sy., illud idem et tibi faciendum esset, si fortuna, quae rerum omnium regina vocatur, priscos furores genti saevissimae praestaret. Cum primum redii, latratus canum, qui tuis meisque moribus obstrepere soliti sunt, inveni, quos malui prudenter veluti Sylleam rabiem picatis auribus praeterire quam temere irritare. Praestolor adventum tuum summo cum desiderio. Non enim diutius hic mihi vivendum est absque solitis adminiculis quae saltem a morsibus canum tutiorem me facie/684/bant. Tu cum redieris una commentabimur quonam pacto rationes nostrae vitae disponendae sint. Illam unam epistolae tuae partem improbare possum in qua mihi visus es illos criminari qui Liberi sacra celebrant, quae non bacchanalia (ut est vetus poetarum mos) appellantur, sed, recentiori vocabulo, ab his qui eam religionem profitentur, ‘chiarinationes’ dici solent, quorum claram mentem et curis expeditam faciant. Unum meministi te aliquando legere apud Horatium:

nulla placere diu neque vivere carmina possunt
quae scribuntur aquae potoribus²

et cetera, quae apud eundem in multis locis de eadem re scripta sunt.

[3] Itaque illos ego summis laudibus efferendos censeo, qui temporum conditionem miserati sunt, qui poetarum vicem doluerunt, in quibus quanta iactura facta sit tute vides. Sed non doleo quod me in eorum numero ponis, verum moleste fero quod te subtrahis a quo ipse initiatus rationem sacrorum perdidicisse laetor. Tu enim sacerdos optimum ministrum me habuisti. Siquid igitur Çufanarus et Barissovich faciunt, non sine ratione probabili actum esse reor. Tenent enim mirifice phisicam ipsam quae nihil eos imperite aggredi pateretur. De Censorino, quod scripsisti, non affert admirationem ullam, quem ego Thimoni Atheniensi comparavi, qui humani generis

^a Illud sane Virgilianum] Virg[ilius] *mg.*

¹ Cfr. VERG. *Aen.* III 44: «heu fuge crudelis terras, fuge litus avarum».

consortia fugere solebat. /685/ Spero aliquando amentia simili ductum posse in sua republica ceteris barbaris referre ac persuadere illud quod Thimo in sua fertur concione dixisse: «est mihi, cives Athenienses, post domum parumper orti et in eo ficus quaedam coaluit». Lege cetera quae sequuntur in vita Marci Antonii: «persuadebat enim ut antequam ficus succideretur, siquis vellet laqueo vitam finire id sine cunctatione ageret».¹ Quid dicam nisi barbarum hominem barbare loquuturum? Do veniam illi. Vale imperfecta epistola e manibus rapitur.

Iterum vale.

44.

Girolamo Ci. a Giacomo Vallarezzo

29 gennaio 1466

Da Teramo Hier. Ci. scrive a Giacomo Vallarezzo per comunicargli la gioia di sapere che l'arcivescovo Maffeo ha lasciato la Dalmazia alla volta di Roma; professa il suo debito nei confronti dell'arcivescovo, di Giacomo e di tutta la famiglia Vallarezzo [1]; Giovanni Antonio Campano vescovo di Teramo ha intercettato una lettera di Giacomo indirizzata allo stesso Hier. Ci.; il vescovo Campano non è in grado di distinguere i veri amici, avvantaggia i predoni e perseguita chi vive nella virtù; si raccomanda all'arcivescovo Maffeo, che spera di rivedere presto [2].

Hier[onymus] Ci. Ia[cobo] Valla[resso].

[1] Ex litteris quas ad me nuper misisti summam voluptatem accepi cum quia res tuas incolumes esse, tum quod archiepiscopum omni veneratione dignissimum ex Dalmatis Romam rediisse mihi indicarunt. Is enim, ut familiae vestrae summum decus est, ita et amicorum omnium quos familiaritate sua honestaverit, maximum praesidium esse perhibetur. Verum in me exornando quid egerit non modo tu frater eius nosti, sed omnes Dalmatae compertum habent. Quapropter debeo illi quidem plurimum, debeo tibi, debeo Vallarezzis reliquis non medio/686/cres gratias. Non possum^b tot bene-

¹ Cfr. PLUT. *Ant.* LXX 3: «εἶτα εἶπεῖν: ἔστι μοι μικρὸν οἰκόπεδον, ὃ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ συκῆ τις ἐν αὐτῷ πέφυκεν, ἐξ ἧς ἤδη συχοὶ τῶν πολιτῶν ἀπήγαγον. μέλλον οὖν οἰκοδομεῖν τὸν τόπον ἐβουλήθην δημοσίᾳ προειπεῖν, ἵνα, ἂν ἄρα τινὲς ἐθέλωσιν ὑμῶν, πρὶν ἐκκοπῆναι τὴν συκὴν, ἀπάγξωνται».

^b Possum non *ms*¹ : *del.* non *ms*² *inter scribendum.*

ficiis rependere vicem, possum tamen ea non praeterire silentio. Taciturnitas enim et huiusmodi rerum cum reticentia suppressio ingratitude notam saepenumero traxit. Commemoratio autem grati animi naturam ostendit et saltem optime voluntatis indicium patefacit.

[2] Campanus Aprutinorum antistes litteras ad me tuas interceptit. Is est amicorum aestimator ignarus. Nam illis adhaesit qui perfidia et omnium flagitiosorum sordibus obruti vivunt. Eos vero vel contemnit vel odiis infestatur quorum vita semper in virtute et aequitate versata sunt. Quid plura? Tantam in ecclesia nostra seditionem et discordiam excitavit, ut canonici rerum divinarum obliti alius alium perditum ire studeant. Cum plus otii nactus fuero diffusius his de rebus exarabo. Nunc obsecro me commendes reverendissimo domino archiepiscopo quem videre et cum debita veneratione alloqui vehementer opto. Vale et si quid voles me facturum iubeto.

III Kalendas Februarii, Terami MCCCCLXVI, quam celerrime.

45.

Poggio Bracciolini ad Antonio Panormita

3 aprile [s.a.]

Epistola di Poggio Bracciolini ad Antonio Panormita, edita in POGGIO 1832, 177-178.

1687/ Poggius Antonio Panormitae.

Iohannes Lamola adolescens, ut percepi tum doctus tum studiosus tui, attulit ad nos libellum *Epygrammatum* tuorum, quem inscribis *Hermafroditum*, opus et iocosum et plenum voluptate. Hunc cum legisset primo vir clarissimus Antonius Luscus, multisque verbis collaudasset et ingenium et facultatem dicendi tuam (nam liber est suavissimus), misit deinde illico ad me legendum. Delectatus sum, mehercle, varietate rerum et elegancia veruum. Simulque admiratus sum res adeo impudicas, adeo ineptas invenisse tam composite a te dici, atque ita exprimi multa turpiuscula ut non enarrari sed agi videantur. Nec ficta iocandi causa, ut existimo, sed actu existimari possunt. Laudo Graecam doctrinam tuam, iocunditatem carminis, iocos ac sales tibi que gratias ago pro portiuncula mea qui Latinas Musas, quae iam diu nimium dormierant, a somno excitas. Pro caritate tamen qua omnibus

debitores sumus unum est quod te monere et debeo et volo, ut scilicet deinceps graviora quaedam mediteris. Hoc enim quod adhuc edidisti vel aetati concedi possunt vel licentiae iocandi. Ita et Vergilius adolescens lusit in *Priapeia* et /688/ praeterea qui post lascivos versus serioribus vacavit. Ut enim Terentius noster refert:

haec aetas aliam vitam alios mores postulat.¹

Itaque tuum est iam missam facere lasciviam et res serias describere, ut arguatur vita impura libelli obscenitate. Scis enim non licere idem nobis qui Christiani sumus quid olim poetis qui Deum ignorabant. Sed fortasse scis Minervam. Tu ipse hoc idem sentis quod laudo proboque ex te ad maiora hortor. Haec bono animo accipias rogo. Ego enim tuus sum. Tu Poggium ascribe in tuis. Plura scripsissem, si per otium licuisset. Verum alias erimus longiores, si hoc non displicuerit tibi. Vale et me quando te mutuuum fieri intelligas ama. Romae III Nonas Aprilis manu festina.

Perlectis epistulis tuis gavisus sum quod optatam salutem tuam earum relatu cognovi. De his autem quae in consequentibus insinuare eloquii tui sermo studuit gratias ago Deo meo. Quod sollicitudinem officii pastoralis impendis, qualiter ecclesiastica officia ordinentur perquiris. Et licet omnia prudentiae tuae sint cognita /689/ tamen quia affectu fraterno me consulis ex parte qua valeo expediam et de omnibus et cetera.

¹ Cfr. TER. *Andr.* 189: «nunc hic d<ie>s aliam vitam defert, alios mores postulat».